

Provincia Italiana dei Gesuiti  
Fondo della Biblioteca  
Gallerie Nazionali di  
Accademia di  
Scienze di  
Gesù



G  
C  
0587

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani  
[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)

DECRETA  
PRIMAE ET SE-  
CVNDAE CONGREG.  
GENERALIS SOCIE-  
TATIS IESV.

Et Canones secundæ.



ROMAE.  
In Collegio Societatis IESV.  
M. D. LXVIII.

Cum facultate Superiorum.

Dominus meo fac *peccato* alio anno 16 dei nostri italiani  
www.fondolibrarioantico.it


HISTORIETTA  
PRIMAE ET SE  
CANDEA CONFERG  
GENERALITATIS SOCIETATIS  
1712 IESU.



ROMA  
IN COLLEGIO GESUITI DI ROMA  
M D IXAHII  
CENSUS LIBRARIAE

ED. NOV. 1712  
S. 2000  
D. 1000

**ACTA IN PRIMA CONGREGATIONE**  
 generali societatis nostrae post electionem  
 prepositi, incipiendo a tertia die  
 Julij. 1558.



*V A E in Congregatione generali acta fuerunt, in hunc ordinem redigentur, Ut primo ponantur decreta, quæ ad rationem ipsius congregationis pertinent. Secundo, ea, quæ ad constitutiones attinet circa res. Tertio, quæ ad easdem circa uerba. Quarto, agetur de quibusdam constitutionibus repertis extra librum constitutionum. Quinto, de ijs, quæ ad uersionem, & editionem constitutionum pertinent. Sexto, sequentur quæ de alijs varijs rebus decreta sunt. Septimo, de dissolutione congregationis.*

**TITVLVS PRIMVS CIRCA**  
*rationem congregationis,*

**PRIMVM DECRETVM.**

*Quod non expirat potestas Provinciarium, & aliorum officialium per mortem Praepositi Generalis, nec per electionem noui, donec dissoluatur congregatio generalis: & ita declaratur quod in bullis, & constitutionibus hac de re habetur. Quodq; non liceat Praeposito mutare huiusmodi officiales usq; ad dissolutionem congregationis, nisi eidem prefatae congregationi alii*

*A ij quem*

## 4 DECRETA PRIMAE

- 1 quem esse mutandum videretur.
- 2 Quod præpositi Prouinciales, & alij officiales manere debent in suis locis (de quibus ante electionem actum est) ad sententias dicendas.
- 3 Præterea actum est de procuratoribus prouinciarum, an admittendi essent cum suffragio in congregacionem: & visum est admitti debere, & quidem cum suffragio, & suppleri, siquid deesset iuxta constitutiones, ut legitime interesse, & suffragium habere possent. Fuerunt autem quinque procuratores, Pater Emanuel Godinus Portugallie. P. Georgius Serranus Indiae. P. Doctor Antonius Cordesses Aragonie. P. Didacus de Guzman Italiae. P. Doctor Didacus de Mella Naveda Bethicae, & ex illo tempore interfuerunt congregacioni.
- 4 Quod uno die proponi, & alio rem confici oportet, in rebus grauioribus, cuiusmodi sunt quæ in congregacione generali necessario veniunt tractanda. Si quæ alia proponentur, pro arbitrio patris præpositi, aut eodem, aut alio die tractabuntur.
- 5 Quod quæ proponenda sunt ordine in declarationibus in 7. caput, constitutionis dicto, proponi debet, ut post prouinciale sequantur reliqui de eadem prouincia: sed cum sententiæ dicendæ sunt, dici debent eo ordine, quo diffinitum est sedendum esse, decreto decimo ante electionem.
- 6 Quod dicitur septimo capite constitutionis octaua partis,

partis si rebus agitatis nihil ferè omnium consensu con-  
stitueretur exponendum esse T.o. omnium consensio  
intelligi de maiori parte suffragiorum, cui standum est,  
ut etiā alijs in rebus.

- 7 Quod cum diffinitores eligendi sunt per scrutinium  
ad maiorem partem suffragiorum eligi eos oporteat.
- 8 Quod præpositum generalem habere duo suffra-  
gia, & præterea qualitatem præcedendi cæteris pari-  
bus, intelligendum est in congregazione ipsa generali,  
& nō quando res inter ipsum, et quatuor diffinitores  
transigendæ sunt. Tunc enim unum suffragium solum  
habebit, cū prærogativa præcedendi in casu paritatis.
- 9 Ut post decretū congregacionis plenæ, vel etiā dif-  
finitorum cum Præposito, concederetur cuius, una in-  
tercessio, idest facultas contradicendi in re quavis. In  
abrogatione autem alicuius veteris constitutionis, vel  
nouæ institutione, etiam due intercessiones permitte-  
rentur: standum esse nihilominus siue semel, siue bis  
intercedatur, illorum diffinitioni, penes quos est fa-  
cultas diffiniendi.
- 10 Vtrum ita debeat se accingere congregatio, ve  
antequām soluatur imponat (quoad fieri poterit) vlti-  
mā manū constitutionibus. Responsū est affirmatiuē.
- 11 Si placet ut ita fiat, an præponenda sint negotia  
prouincialium qui non discessuri sunt ante solutam con-  
gregacionē, an postponenda? visum est dum tractarem  
tur quedam dubia circa constitutiones, à congregatio-

*A ij ne par*

6 DECRETA PRIMAE

- ne particulari (cui est commissum ita tamen ut postea referrentur ad Generalem) proponenda esse quæ à præ incis afferebantur, ut tamen ordo rerum initio propositus seruetur, post decreta pertinentia ad constitutions, hac ponentur.
- 12 An sint audienda quæcunque singuli patres anno tauerunt in constitutiones: an potius iubendum, ut præcipua quæq; primum proponant, ut saltem de illis: quæ maius facessunt negotium statuere posse Congregatio antequam soluatur. Posteriori hoc placuit.
- 13 An sint omnia referenda pro cuiuslibet arbitrio ad plenam Congregationem: an solum quæ in priuata consultatione iudicabuntur digna, ut prius statutum fuit. Posteriori placuit.
- 14 Si aliquis ex deputandis ad priuatam consultationem in materia Constitutionum opponat aliquid Constitutionibus, an ipsem debeat adhiberi in consultationem eius rei, ita ut habeat suffragium cum cæteris, an vero eo semoto sufficiendus sit aliis ea in re. Responsum est, non esse semonendum.

TITVLVS SECUNDVS DE HIS QVÆ  
pertinent ad constitutiones circa res ipsas.

PRIMVM DECRETVM.

- Propositum fuit an liceret, & etiam an expediret ex Constitutionibus aliquid immutare, & visum est ac statutum eas firmas, & ratas habendas esse, & etiam

etiam obseruandas, prout in exemplari originali Patris nostri Ignatij habentur.

**2** Deinde non solum in vniuersum non esse agendum, sed nec particulatum de constitutionibus substantialibus nostri instituti. De alijs posse quidem tractari, sed sine experimento, vel ratione clarissima, nihil posse immutari: licere tamen de omnibus declarationem petere, referendo ad Congregationē, ut ipsa censeret qua declaratione opus esset.

**3** Statutum est ut omnia dubia, quæ ad constitutiones pertinerent, videretur a patribus Hieronymo Natali, & Ioanne de Polanco; & ut Congregationi proponerent si quid videretur addendum, vel mutandum in constitutionibus: & alij qui dubia haberent, ut ad hos duos referrent. Et si eis satisficeri non posset, ut eorum dubia Congregationi proponerentur. Et ita propria fuerunt non nulla quæ sparsim varijs sessionibus tractata sunt: sed simul coniuncta hic subdentur; aliae cognitioni Superioris reservata fuerunt, nec in generali Congregatione proposita.

**4** Deinde de modo executionis ad huiusmodi tractanda, visum est quatuor esse designados, qui cum patre Praeposito, auditis quæ obijceretur, indicarent quid esset proponendum Congregationi generali, si vel ipsi non sibi satisfacerent, vel obijcientibus.

**5** Cum propositum fuisset, an ad res aliquas pertinentes ad constitutiones possent aliqui diffinitores eligi

A iiiij quibus

quibus suam potestatem daret congregatio: visum est nullos diffinitores eligendos esse, cum auctoritate ad immutandum constitutiones, sed ut ipsa congregatio imponeret ultimam manum, & auctoritatem ipsarum confirmaret, licet confirmatae alioqui satis essent: & his absolutis, ut primo quoque tempore dissoluere tur congregatio de licentia, & cum benedictione Pontificis non tamen antequam imponeret ultimam manum constitutionibus; & ideo esse iubendum, ut quae cuncte singuli patres annotassent (quae praesertim negotium faceſſerent) proponerent congregatiōni.

- 6 An approbatio nostri instituti per Paulum IIII. effet initio examinis ponenda. Quæ situm est, & vi sum satis esse si in scholio apponatur.
- 7 Fuerunt proposita quædam loca constitutionum, et inter duas lectiones declarat. literæ D. in caput primū examinis prior lectio probatur quæ est illa ipsa quæ in quarto .§. super dictum caput habetur: & incipit. Sin estas quattro maneras &c.
- 8 In declarationib. super tertiu caput examinis. §. se ad interrogado. dubitabatur quænam deberet præferri ex tribus quæ inueniebantur declarationibus de re eadem & ultima præferenda videbatur, quæ incipiebat elec̄tio harum personarum addendo tamen in ultima parte aliquid ex secunda, hoc scilicet quod sequitur (si tamen inferior se non ad id accommodaret quod superior conuenire iudicat) oportebit eum extra domum egredi, nisi

*nisi aliud superiori videretur. Respōsū. Viſum eſt congregatiōni generali, tertiam conſtitutiōnem eſſe pro bandam ſine additione, poſſe tamē additionē huiusmodi ponī in superioris iſtructiōne.*

9 *In declarationib. ſuper ſextum caput examiniſis §.*

*(De ſu parte es bien que ſe liguen) ubi dicit ſociaſtā habeat libertatem ad eos dimittendos quando non faciunt, quod debent huius ultimi dicti loco, an reponi debeat, cum non conuenit, ut in ſocietate maneant.*

*Reſp. Ad hoc dictum eſt, ut maneret textus antiquis, & ſcholiuſ adderetur, ut referat ad alia loca, in quibus agitur de alijs dimittendis.*

10 *Ex declaratiōne in quartum caput ſecundae partis ſic habebatur, qui egrediuntur à ſocietate, ſua ſponte, quāuis iudicentur ad eam idonei, ſi aliam religionem eſſent ingressi, & habitum eius aſſumpſiſſent, non uiideretur ſociaſtā eos recipere debere, nec minus curare ut eos ad ſe reduceret. Huius loco an dici debeat quod ſequitur. Nec curare ut eos ad ſe reduceret, ſi quidem ſint Nouitij, nam in alijs uti poterit ſociaſtā (ſi in ali quo caſo videbitur ad maius Dei, ac Domini noſtri ob ſequium fore) facultatiſbus a Paulo tertio confeſſis, quandoquidem aliam religionem ingrediendo non ideo de iure deſierunt eſſe de ſocietate noſtra. Reſpoſum fuit in ſcholiuſ id ponendum eſſe.*

11 *Ex declar. ſuper proæmiium quartæ partis, ubi dicitur ex hispano originali videri neceſſarium, vel in primis*

primis rationi consentaneum, eos qui in societatem ingressuri sunt, viros esse &c. Additum erat, Qui in eam ad professionem, & in coadiutores spirituales formatos sunt ingressuri, viros esse &c. Responsum tollendum esse quod fuit additum uisum est.

12 Super secundum caput quartæ partis, textus sic habet, et tunc nō potest Societas nec eius Generalis quod sic relinquitur vel eius partem ullis extra societatem hominibus donare, sed si ipsa curam quam habebat reliquerit, poterunt qui aliunde potestatem habebunt, ali cui pio operi quod sic relictum fuerit applicare. Dubitatur an expediret hoc ita statui, an potius distinctio ne aliqua veri, alia est enim ratio collegiorum, quæ sineulla obligatione reliquuntur Societatis arbitrio, alia eorum quæ cū obligatione aliqua. Rursus aliqua possent fieri collegia vel domus, ex eleemosinis, vel ex bonis alicuius de societate, qui cōmodū societatis ipsius præcipue intēdit, alia ab alio fundatore externo, quæ aliud quidpiā mouet. Visum est Congregationi, hanc clausulam esse emendandā prout in textu originali, et alio approbatō à tota congregatiōne habetur in dicto. §.

13 Caput sextum const. quartæ partis, ubi dicitur, defendendam traductionem quoad eius fieri poterit, visum est tollenda esse ultima hæc verba (quō ad eius fieri poterit) quia ubique potest defendi vulgata editio, iuxta constitutionem concilij Tridentini.

14 Caput nonum const. quartæ partis. §. alij educuntur.

tur post septem annos, totus §. ad declarationes trans-  
ferendus viſus eſt, ſicuti translatus eſt aliis capite ter-  
tio, de quo hic facit mentionem.

- ¶ 5. Capiti duodecimo quartæ partis cōſtitutionū vbi di-  
citur, cognitionem literarum humaniorum neceſſariā  
eſſe, & linguarum latinæ, & græcæ, additur, & hæ-  
braicæ, & remouetur ex inferiori loco ſequenti. Nam  
hæbreæ lingua, potius cum latina, & græca numeran-  
da viſa eſt, quām cum caldaica, & arabica.
- ¶ 6. Super decimum tertium caput cōſtitutionū quartæ  
partis, vbi dicitur, præſideat qui contentionem diri-  
mat, petebatur; an addenda eſſet ſequens declaratio.  
Quamuis hoc valde conueniat cum fieri poterit, non eſt  
intelligendum quod obligetur ſocietas ſemper ad dan-  
dum huiusmodi præſidem, qui officijs huiusmodi fun-  
gatur. Antiquissimus n. præceptorum, qui diſputant,  
poterit præſtare quod ex hoc officio iuxta rectoris iu-  
dicium conueniet. Reponſum fuit talem declaratio-  
nem in ſcholio ponendam eſſe.
- ¶ 7. Super decimum tertium caput, quartæ partis de-  
claratio: vbi dicitur. §. primo, in quodam tractatu, vi-  
ſum eſt addendum eſſe per Generalem Præpositum ap-  
probato.
- ¶ 8. Eodem capite. §. Non ſolum, habebat textus non  
ſolum repetitiones ultimæ lectionis, verum hebdoma-  
dæ, mensis, et anni fieri opporebit, huius loco ſic repo-  
nendum viſum eſt, non ſolum repetitiones ultimæ lec-  
tionis

ctionis fieri opportebit, verum & hebdomadae, &  
longioris temporis, prout expedire iudicabitur.

**19.** Capiti decimoquarto constitutionum § ultimo. ubi  
dicebatur in logica, philosophia naturali, & morali  
additum est, & Metaphysica.

**20.** Super decimum quintum caput constitutionū ad fi-  
nem ubi dicitur honore in uicem præueniant, et doctio-  
res infima loca procurēnt, sic emendatum est, honore in  
uicem præueniant, nulla obseruata differentia locoru.

**21.** Cum non inueniantur correctores multis in locis,  
& in alijs sustentari nequeant: vel nolint scholastici  
ab illis corrigi petitum est, an constitutio decimi sexti  
capitis quartæ partis pertinens ad correctionem  
externorum scholasticorum, aliqua declaratione relax-  
ari deberet, an potius manere constitutionem ( ut ia-  
cet ) licet dispensetur alicubi pro re nata. Responsum  
est, constitutionem, ut iacet esse retinendam, & ser-  
uandam: sicubi tamen necesse fuerit dispensare posse  
præpositum generalem.

**22.** An aliquæ ceremoniæ in professionibus emittendi  
addi deberent ad eas quæ in constitutionibus haben-  
tur tertio capite quintæ partis. Statutum est consti-  
tutiones esse seruandas, nec ceremonias addendas.

**23.** Super secundū caput, sextæ partis declarationū. §.  
( quamuis ) ubi dicitur, non debet quidquā accipi tan-  
quam stipendum, additum est, vel eleemosyna pro his  
quæ ob solum Christi obsequium &c. cōmunicantur.

A ctum

24 Actum est deinde an expediret quandam declaracionem super secundū caput sextæ partis expungi oportere ut paupertas sancta magis restringeretur : quæ sic habet. Cum vniuersaliter obseruetur, nec ius succendi, nec proprium quid professos habere, nihilominus si aliquis sua deuotione, & sancta cum intentione, ad maiorem Dei gloriam motus ante suam professionem à Sede Apostolica facultatem obtineret ; ut vel ipse, vel domus in qua professionem emisit, posset ius succendi in hereditate habere ; dum non ad priuatū usum illius sed ad pia opera, vel ad quæ alioqui obligaretur, possent ea applicari, & omnia præpositi generalis arbitrio subdi, non contra istam constitutionem, uel eius intentionem extimaretur. Hac tenus constitutio. Vixum est ergo congregatiōni, hanc declarationem ex ipso libro constitutionum expungendam esse, quo magis pure, & sanctæ paupertati consuleretur.

25 Cum constitutiones dicant 3. capite 6. partis, ve speras cantari posse, non item missam ; an sit statuendum in vniuersum missas cantari posse, an non ; sed potius constitutionem teneri, & dispensari in aliqua domo, vel collegio, ubi ratione prouinciae iudicaretur expedire, ut in India, Bohemia, et alijs locis. Responsum est seruandam esse constitutionem, & non nisi ex gravissima causa dispensandum esse à præposito generali, ut missa cantetur : & id tantum dominicis diebus, & festis.

Cum

- 26 Cum dicatur in declarationibus, eodem capite de cantu vesperarum, quod ne gregorianus quidem esse debeat: an id immutari oporteat nec ne; licet aliquo in loco dispensemetur, ut cum cantu prædicto, vel alio dicantur cum expedire iudicabitur, ut hactenus Romæ factum est. Responsum est, constitutiones obseruandas esse in hac parte, nec per constitutionem nonnam ab illis quid diuersum statuendum esse.
- 27 Super primum caput octauæ partis declarat. §. debet etiam certiore reddere, ubi dicit textus, & sponte sua, etiam eius loco supplere debet, cum per aduersam corporis valetudinem, vel occupationes, vel aliquam aliam causam ille in re aliqua officio suo deesset. Reputatum est sic; & sponte sua etiam eius loco id faciat, cum per aduersam corporis valetudinem, vel occupationes, vel aliquam aliam causam ille in hac parte officio suo deesset. Causa emendationis est, ne videatur in re alia, quam in scribendo debere collateralem supplere vices rectoris sponte sua.
- 28 Super caput 3. octauæ partis declarat. §. primo, ubi habetur in originali, nihilominus possent huiusmodi officiales suffragium actuum, & passuum ad reliqua habere, praeterquam ut professis praesesse possint, sic emendandam uidebatur quibusdam. Praeterquam ut professis 4. votorum ordinarie præsint; & erat ratio emendationis quia ad tempus, qui non est professus, posset praesesse collegio, vel prouincia in qua sunt professi.

fessi, sed non ordinarie, ijs præesse debent qui quatuor vota professi sint, secus s̄istria. Congregatio generalis ab hac emendatione sustulit T o. ordinarie.

29 Deinde actum fuit, vt magis declararetur quod pertinet ad officium Vicarij generalis capite 4. 8. partis, & ad electionem eius, & potestatem, & nominatim qui reputari debeant vicini, vt vocentur ad eius electionem, & an solum ad congregandam societatem, vel etiam ad gubernandam, ius habeat, & vt aliqui deputarentur qui hæc tractarent, & ad congregationem referrent. Responsum fuit, aliquibus esse commitendum hoc negocium, ut officium Vicarij conficerent, ubi, & reliqua prædicta tractarentur, & ad congregationem referrent. illud tamen declaratum fuit, non tantum ad conuocandam societatem, sed etiam ad eandem gubernandam vicarij officium se extendere. Fuerunt ergo designati Patres, Magister Natalis, D. Torres, Ludouicus González, cum Magistro Ioanne de Polanco, ut viderent officium Vicary generalis, & referrent ad congregationem, quod tamen propter temporis Angustias facere non licuit.

30 Circa eandem oītanam partem cap. quinto, propositum fuit etiā an congregatio generalis ad Præpositi electionem indicta, post prædecessoris mortem nunciata, ad certum tempus cogi deberet: intra quod si non omnes conuenirent, reliqui qui præsentes erunt, rem transigant, & congregatio generalis plena & legiti-

maha.

ma habeatur. Responsum est constitutiones quod ad tē  
pus attinet, esse seruandas, & si prorogatio esset fa-  
cienda, per vicarium fieri debere, & assistentes, ad  
plura suffragia, si tamen exacto termino præscripto  
in initio, venerint aliqui designati ad congregacionē,  
ut illi etiam suffragium habeant ad prorogationem tē-  
poris præscripti.

3<sup>1</sup> Super septimum caput octauæ partis vbi dicitur,  
de ordine sedendi & dicendi sententias in congregatio-  
ne, tollendus videbatur ille qui ponitur in predicto ca-  
pite, & iuxta decretum congregationis factum ante  
electionem emendandus, prout in originali hispanico  
aliquot versus huius. §. primi septimi cap. deleti sunt,  
inde incipiendo, Y para la facilidad &c. & quod di-  
cebatur initio huius. §. loquentur eodem ordine &c.  
fiat scholium quo declaretur in proponendo hoc intelli-  
gi. Placuit.

3<sup>2</sup> Super septimum caput octauæ partis vbi dicitur eli-  
gendo esse diffinitores, si non omnes vel ferè omnes cō-  
senserint, interpretabatur prius cōgregatio de maiori  
parte: ita ut si maior pars non consensisset, eligendi  
essent diffinitores Petitum est ergo an iuxta ista inter-  
pretationem constitutiones emendari debeant nec ne.  
Nihil diffiniendum esse in alterutram partem dixit  
congregatio: & ut scholium fieret, in quo diceretur  
quatuor fuisse sententias hac de re: primam quod pen-  
deat diffinitio ab omnium, vel pene omnium sententia:  
secundam

Secundam quod à maiori parte, quám media. Tertiā quod à maiori parte simpliciter. Quarta fuit, quod ille communis consensus refertur ad electionem diffinitorum, ita ut fiat distinctio post illa verba quae habentur in originali hispanico (una parte, ò otra) & communī consensu, vel ferē omnium eligendi diffinitores dicantur.

33 Vigesima quarta Augusti, propositum fuit ex parte Summi Pontificis, ut cogitaremus de Præposito generali nostro, an perpetuus esse deberet, ut dicitur in primo capite constitutionum nonæ partis, & eius declaratione. Et visum est nemine discrepante omnino perpetuum esse debere. Et cum die sequenti idem proponeretur, idem congregatio sensit. De modo autem loquendi Summo Pontifici, res commissa est ipsi Præposito generali. Ut autem posset suæ sanctitati significari nostræ Societatis iudicium, scripta fuit epistola, quæ iam subdetur Summo Pontifici ab omnibus, præterquam ab ipso Præposito subscripta.

Beatissime Pater.

**C**V M Reuerendissimus Cardinalis Pacechus electiōni nostri Præpositi, iussu vestræ sanctitatis inserfuit; antequam ea fieret, V. Beatitudinis mentem de qualitate personæ, quam eligere deberemus, & animi propensione, ut electus perpetuus esset, potius quæ

B ad

ad certum, & diffinitum tempus, nobis significauit.  
 Quanquam V. Sanctitas pro sua benignitate id nostræ  
 congregatiōni integrum relinquebat: nos omnes latif  
 simis animis significationem hanc voluntatis V. Bea  
 titudinis tanquam à Deo profectam accepimus: qui,  
 ut & nos etiam idem sentiremus, & optaremus fa  
 ciebat. Postea ubi V. Sanctitas ad pedum oscula nos  
 admittere, & tanta charitate ad diuinum obsequium  
 excitare, & inflammare dignata est, præter cetera,  
 eaque singularia, quæ nobis in Domino liberalissime  
 est elargita, electionem Præpositi, quem perpetuum  
 elegeramus, libentissime confirmauit. Qua de re qnan  
 tas possumus diuinæ clementiæ, & V. Beatitudini gra  
 tias agimus. Ceterum his diebus Reuerendissimus  
 Cardinalis Tranensis nobis significauit V. Sanctitatem  
 etiam nunc de perpetuitate Præpositi aliquid dubij ha  
 bere, prouide, ut ea de re cogitaremus edixit. Quod  
 & fecimus præmissis ad Deum orationibus, & cum  
 in congregatiōne semel atque iterum id esset proposi  
 tum, omnes summo consensu nemine discrepante iudi  
 cauimus, multo convenientius esse nostræ Societati, vt  
 noster Præpositus, quamdiu vixerit, non mutetur:  
 Quamvis tamen hac ita sunt obedientia filii sumus, et  
 quidem paratisimi ad ea omnia præstanta, quæ V.  
 Sanctitas imperabat, quia vero fieri potest, ut de no  
 stro iudicio certior fieri V. Beatitudo fortasse velit, it  
 lud hic infra subscripti⁹, humiliter qualecumque  
 id est

id est, iudicio V. Beatitudinis subiçentes, ij. Calendas  
Septembri M. D. LVI III.

Hanc epistolam : 3. Augusti omnes profecti sub  
scripsimus, præter duos, qui discesserant, P. Canisium,  
¶ P. Pelletarium, & ipsum etiam Præpositum, quæ  
non decebat eam subscribere. Eidem tamen Epistola  
data est, quam tulit secum, sed non dedit Pontifici ho-  
nestas ob causas.

34 Dubitatum est an præter casus illos sex qui in quar-  
to capite non ex partis narrantur aliquis alius addi de-  
beret, propter quem remouendus esset a gubernatione  
Præpositus; cum s. incurius, vel remissus fieret, vel  
alioqui ineptus ad gubernationem, non ex causa natu-  
rali (propter quam Vicarius dicitur eligendus qui  
eius officium gerat) sed ex voluntaria.

Statutum est autem, nullos casus esse addendos ad illos  
sex; nec quicquam immutandum in constitutionibus,  
quod attinet ad prouidentiam Societatis circa Præposi-  
tum, & speciatim non esse explicandum aliquem ca-  
sum de remissione voluntaria Præpositi.

35 Generatim statutum est, nonam partem constitutio-  
num ad ringuem esse obseruandam, siquid tamen expe-  
rimento, vel ratione manifesta in dubium vocari acci-  
deret, id tractari permisum est, sicut in riuersum de  
constitutionibus secundo decreto statutum fuerat.

36 In decima parte constitutionum sub finem ubi dici-  
tur, Constitutiones quæ ad singulos pertinent esse sim-

~~ENANTIA~~ B ij gulus

gulis mensibus legendas, visum est conformari debere  
cum eo quod dixerat in quarta parte, & alibi de le-  
ctione constitutionum, & regularum.  
Placuit, sed non videbatur repugnare.

37. Cum dubitaretur adhuc de rebus quibusdam perti-  
nentibus ad constitutiones, difficultas per scholia que-  
dam addenda, remoueri posse visa est: & cum quere-  
retur ubi ponenda essent, & quam auctoritatem ea  
scholia habitura erant.

Responsum fuit, scholia non ad marginem constitutio-  
num, sed seorsum esse ponenda, ut numeris quibusdam  
responderent textui: auctoritatem autem aliquam esse  
eis tribuendam, sed non plenam, ut a tota congrega-  
tione: sed potius, ut a Præposito generali qui eam da-  
bit, quam ad societatis bonum dandam censuerit, &  
præmittendam esse præfationem in qua narretur quo  
modo res duobus Patribus s. Natali, & Polanco com-  
missa fuerit, & ab eis proposita priuata Patris Præ-  
positi, & aliorum patrum congregatiōni, in qua de  
scholijs conficiendis statuebatur.

38. Quæsum est, an Breue aliquod impetrandum effec-  
tum a Summo Pontifice, quod præponeretur constitutionib.  
Visum est impetrandum esse, cum id commode fieri pos-  
set ad approbationem constitutionum.

TITVLVS

TITVLVS TERTIVS DE HIS QVÆ  
pertinent ad Constitutiones circa uerba.

PRIMVM D E C R E T V M.

1. *De verbis autem quibusdam constitutionum, propositum fuit, cum Pater Sanctæ me: Ignatius, commiserit tribus Patribus (quorum duo congregationi intererat) ut salvo sensu verba prout eis videretur immutarent, an rata ea essent habenda, quæ eo viuente mutata fuerant in originali exemplari, quia non constabat, an ab eodem Patre Ignatio recognita fuissent. Visum est deputandos esse treis qui viderent, & exp̄derent, & referrent ad Congregationem quid de huiusmodi verborum immutationibus sentirent, & hi fuerunt Doctor Baptista de Barma, & Doctor Christopherus Madridius, cum Magistro Io. de Polanco, qui commissio sibi munere functi sunt.*  
*Actum est etiam de alijs verbis, quæ immutanda quibusdam videbantur, quia in quibusdam eorum videbatur error calami irrepsisse, & sigillatim proposita fuerunt, & sunt quæ sequuntur.*
2. *In declaratione capituli tertij primæ partis, ubi dicitur, non esse solum ipsius particulare peccatum, sed generale, notatum est, quod positum fuerat pro eo, quod habebatur in Hispanico textu, non esse peccatum personale; sic etiam inferius eodem. §. ubi dicebatur ita ut hæresis, vel schisma peccatum sit personale, similiter repositum fuerat, ita ut hæresis, vel schisma peccatum sit*

B iii particularē

- particulare persone, & non generale nationis, vel patriæ. Placuit congregatiōni tidis emendatio.
- 3 In declarationib. super secundum caput secundæ partis. s. si entro, ubi dicitur (sperādo) An dici debeat spērando, ut referatur ad Societatem, non ad illum qui ingreditur, vel impersonaliter ad verumque.  
Responsam affirmatiue.
- 4 In capite quarto secundæ partis constit. ubi dicebatur relaxando illis votum, ut maneat sine scrupulo, an dict. debeat relaxato illis voto. Responsū est affirmatiue.
- 5 In declarationib. super primū caput tertiae partis ubi dicebat textus hispanicus, y asi mesmo deue dicendum videbatur y asimesmo si deue. Placuit emendatio.
- 6 Super prohemium declarationū quartæ partis versus finem, ubi dicebat textus hispanicus se empleara en el. T o. el. non habet quō referatur, sed sic emendandum videbatur, ut dicatur paulo ante, loco verborum illorum (que suā diuina Māgēstā serā seruida) sic, que sera para mayor seruicio de suā diuina M. & ita T o. el. referetur ad seruicium. Placuit emendatio.
- In declarationib. super secundum caput quartæ partis. s. Societas sic habebat, textus hispanicus, Societas ad usum scholariū exercebit administrationē, edditū per Præpositū Generalem, vel Provincialem, cui committetur ad defendendum, & seruandum possessiones, & redditus Collegij, etiam in iudicio cum conuenientib. aut necessariū erit; Ad eundem pertinebit admittere, quod

quod præterea dabitur tali Collegio. Horum loco  
quia putabatur error scripturæ, quod sequitur reponen-  
dum videbatur, Societas in usum scholasticorū, solū  
iuxta literas apostolicas reddituum administrationem  
exercebit per Præpositum generalem, vel alios quibus  
ille facultatem ad id communicauerit, que ad defen-  
dendas, & conseruandas possessiones, & redditus col-  
legiorum etiam in iudicio (cum hoc conuenire, vel ne-  
cessarium esse videretur) se extendat. Ac eiusdem Præ-  
positi erit, & eorum, quibus ille facultatem dederit,  
admittere, quicquid præterea Collegijs ad sustentatio-  
nem, & incrementum eorum, in rebus temporalibus  
donaretur. *V*isum est Congregationi emendan-  
dum esse textum hispanicum prout habetur. s. la com-  
pānia, & sic vertetur latine. Societas ad usum schola-  
sticorum suorum (prout literæ apostolicæ dicunt) ex-  
ercebit administrationem reddituum, per Præpositum  
generalem, vel provincialem, vel alium cui Generalis  
id commiserit ad defendendum &c. & paulo infe-  
rius: & erit eiusdem Præpositi, vel eius cui ille com-  
misserit, admittere quod præterea talibus collegijs do-  
naretur ad sustentationem, & augmentum eorum in  
rebus temporalibus.

<sup>8</sup> Eodem capite. s. qui probantur, dicitur sic, Illi sunt  
qui in domibus probationum versantur, de quibus in  
sexta parte dicetur. Citatio sextæ partis omittenda vi-  
debatur, quia ibi non agitur ea de re.

B iiiij Eodem

9. Eodem capite. §. qui negocia, error erat scriptorii in originali, dicebatur enim, res Collegiorum extra ipsa, intelliguntur præcipue procuratores, pro eo repositum fuit, quod sequitur. Qui negocia Collegiorum extra ea gerunt. imprimis intelliguntur procuratores &c. & sic respondet declaratio constitutioni.  
Placuit emendatio.
10. Super sextū caput quartæ partis, §. Nullus de societate, dicitur in textu: qui tamē talentum ad id sortiti, ac præsentim qui nondum studijs perfuncti sunt, error videbatur scriptoris, & negatione sublata, dicendum, qui iam studijs perfuncti sunt.
11. Super decimum caput quartæ partis §. signum dabitur, habebat textus, signū dabitur partim per campanā quæ pulsabitur, ut se recipiant ad somnum, & ad prandium &c. tollendum videtur T o. partim, nisi alterum membrum addatur. Placuit tolli.
12. In constitutionibus capite octavo quartæ partis. §.  
Ansi mesmo, ubi dicit: el modo, deest particula en, & dicendum: en el modo.
13. Super decimum quartum caput. §. prælegetur, habebat textus prælegetur etiam Magister sententiarum, sed si videretur temporis decursu aliam Theologiam, huic non contrariam, studentibus utiliorem fore, ut si aliqua consideretur quæ his nostris temporibus accommodationis videretur. Huius loco sic reponendum videbatur. Prælegetur etiam Magister sententiarum, sed si vide-

*Si videretur temporis decursu, alium authorem studētibus utiliorem fore, ut si aliqua summa, vel liber Theologie scholasticæ conficeretur, quæ his nostris temporibus accommodatior videretur &c.*  
*Placuit emendatio.*

14 Primo capite constitutionum quintæ partis. §. pri-  
*mo sic habetur, Quia scholastici approbati admittun-  
 tur alio modo, & quidem magis interno, quam qui in  
 prima probatione versantur.*

*Videbatur illud prima tollendum quia comparatio fit  
 cum alijs, qui probantur in toto biennio, & non tantis  
 cum his qui in prima probatione quindecim vel virgin-  
 ti dies versantur.* Placuit tolli.

15 Capite tertio, & quarto Constitutionum quintæ  
 partis in formula votorum qua profesi, & coadiu-  
 tores vtuntur, ubi dicitur, vice Præpositi Generalis,  
*videbatur addendum: societas Iesu.* Placuit addi:

16 In declarationib. capitilis secundi sextæ partis. §. Hoc  
 intelligendum. *Vbi dicitur in originali, nec etiam si in  
 occurrenti aliqua occasione, vel necessitate, quis vesti-  
 bus præciosioribus, honestis tamen indueretur; repon-  
 endum videbatur vestibus melioribus, honestis tame-  
 &c.* Placuit.

17 Super secundū caput septimæ partis in declarationib.  
 §. los accidentes, ubi dicit textus hispanicus para-  
 mas abreuiar ò acortar, dicendum videbatur abreuiar  
 ò alargar, ut patet ex toto contextu: Placuit  
 emendatio

- emendatio, nam error calami indicatus fuit.
- <sup>18</sup> Super sextum caput octauæ partis in formula electionis dicitur: Testem inuoco Iesum Christum, qui sapientia est aeterna, quod illum eligo &c. addendum videbatur. Ego. N. illum eligo &c. Placuit addi.
- <sup>19</sup> A lia quedam proposita fuerunt circa Constitutiones, sed quia visum est nihil esse immutandum non hic ponuntur.

TITVLVS QVARTVS DE QVIBVS DAM  
 Constitutionibus repertis extra librum  
 Constitutionum.

PRIMVM DECRETVM.

- <sup>1</sup> Cum quedam Constitutiones, vel ordinationes a Patre nostro Ignatio non recognitæ (quod sciatur) extra corpus libri constitutionum reperirentur. propositum fuit quid agendum eset de illis, & constitutum est, ut suis locis de singulis ageretur. Deinde ex eis aliquas approbavit ipsa generalis Congregatio, alias commisit particulari congregatiōni Patris Praepositi, & quatuor deputatorum: qui fuerunt, P. Natalis. D. Torres, P. Ludouicus Gonzalez cum Magistro Polanco, & tam illæ, quam que circa eas decfasunt, hic subdenterunt.
- <sup>2</sup> Cum experientia nos docuerit quod in nostris Col. legijs ubi necessarij sunt duo, vel tres Sacerdotes, qui vident ministerio Sacramentorum, ac verbi diuini, & quatuor

quatuor, vel quinque praeceptores, qui inuentum in litteris, & bonis moribus instituanti; necesse est etiam, alios ibidem versari, qui eosdem iuare possent, vicemq; eorumdem supplere, si in morbum incidenter: ne lectio num series interrupatur, atq; etiam, ut Societas aliquid percipiat emolumenti, in aliendis aliquot scholasticis, qui literas discant, quandoquidem tam multi occupati sunt in obsequio, & auxilio communis boni, statuimus ne per decem annos proximè futuros, incipiendo à 1553. admittatur Collegium ullum, ubi non possint duodecim saltè de Societate sustentari, cù duobus alijs, qui in rebus corporalibus inseruant, ita ut totas numerus ad quatordecim perveniat.

Quo etiam videmus quam sit incommodum, quam turpè impediatur diuinum obsequium, cum domus, et ecclesia exercitijs nostro instituto consentaneis apta non habetur, cumq; nostri necesse habent occupationes spirituales relinquere, ut vacent vicini, & rebus temporalibus ad studium necessarijs querendis: similiter statuimus, ne ullum mittatur collegium ad locum aliquem, ubi domus conueniens ad nostrorum habitationem, & ad scholas tenendas, & ecclesia ad spiritualem exercitiam in proximorum auxilium tractanda non assignetur; siue proprietatem eius, siue usum liberum relinquant: non itē mittatur si saltē ad unum annum, que necessaria sunt ad quatordecim personarū sustentationem non dabuntur. Elapso enim anno si communione

Collegium

Collegium utile non inuenietur, poterit nos certiores facere, & inde nostri alio commigrare poterunt. Si contra, prouidebit illa etiam de rebus necessarys in alterum annum, vel etiam plures, aut de perpetuitate, vel foundatione collegij ager, Prout melius ad Dei gloriam, & communis boni utilitatem iudicabitur.

Hac ordinatio placuit Congregationi generali, ut extra corpus constitutionum velut edictum ad tempus haberetur.

3 Cum tamen sit proprium nostrae professionis non admittere premium ullum temporale pro ministeriis spiritualibus, in quibus iuxta nostri instituti rationem in auxilium proximorum occupamur, non conuenit dotacionem alicuius Collegij admittere, si obligemur ad cencionatorem, vel confessarium, vel lectorum aliquem Theologiae dandum. Quanuis enim ratio & equitatis, & gratitudinis nos moueat, ut maiori cum sollicitudine proximis inferuiamus, in huiusmodi exercitys nostri instituti proprijs, in collegijs quæ cum maiorib; liberalitate, & deuotione fundata fuerunt, non est agentium de obligationibus, vel pactis, quæ repugnant sinceritati, cum qua in rebus nostris solemus procedere, gratis dando, quod gratis accepimus, quamvis ad sustentationem eorum, qui communi bono Collegiorum inferuiunt, vel ad id literis dant operam, admittatur ea dotatio, quam fundatorum charitas ad Dei gloriam solet assignare. Placuit congregacioni generali  
hac

hæc constitutio, & inferenda quartæ parti constitutio  
num visa est.

4 Cum Praepositus generalis, vel Societas vniuersitatis alicuius curam susciperet, non repugnaret huins constitutionis intentioni, si se consequenter obligaret ad lectiones ordinarias, in ea prælegendas quamvis inter eas aliquæ ad Theologiam pertinerent.

Placuit etiam declaratio.

5 Sequentem constitutionem Pater noster Ignatius fieri iussit, sed non eam emendauit: & si in constitutionibus ponи debet, ad nonam partem pertinere videtur. Videatur tamen an inter constitutiones, an melius inter documenta superiorum ponи debeat.

Quoniam ei, qui in congregacione qualibet supremam habet curam ita conuenit humanitas, & affabilitas cum subditis, ut authoritas eius retineatur, & ea reverentia eidem exhibeat quæ ad suos regendos, ad maiorem Dei gloriam est necessaria: ut etiam subditi minorem habeant perturbationis occasionem cum eo, quem pro refugio in suis perturbationibus habere devent. In domo uel collegio, ubi nostrorum multitudo ultra triginta se extendit, qui supremam habet autoritatem, non cibum capiat ordinariè cum illis in refectorio quamvis singulis mensibus, ad suam, & illorum consolationem, & ut, quomodo res se habeant, imtueatur, id facere debeat, ordinarie tamen (ut est dictum) capiat seorsum cibum, quamvis eiusdem rationis

tionis cum communi, aut magis, aut minus parcus,  
prout a cōsultoribus, vel A ssistentibus, qui in hac par-  
te in ipsum authoritatem habent, expedire magis tum  
personae superioris, tum communi bono iudicabitur.

*Responsum est, ut maneat inter regulas, non inter con-  
stitutiones.*

De quadam constitutione recognita à Patre nostro  
Ignatio Sancto me: circa auctoritatem Præpositi ge-  
neralis in celebrandis contractibus, fuit tractatum in  
particulari congregatiōne: & vijum fuit declarandum  
esse per congregatiōnem generalē, quod talis est au-  
thoritas Præpositi: & ita factum est, & generalis  
congregatiō approbavit huiusmodi constitutiōnem, &  
inserta fuit tertio capitulo nonā partis, quod sic incipit.  
*In Præposito Generali est tota authoritas celebrandi  
quosvis contractus, &c.*

TITVLVS Q VINTVS D E H I S Q V AE  
ad exemplar, ac uerſionem, & editionem  
constitutiōnum pertinent.

### PRIMVM DECRETVM.

Decima Septembri 1558. cum conuenissent pa-  
tres in plena congregatiōne decreuerunt, probatum esse  
quoddam exemplum examinis constitutiōnum, &  
declarationum ex autographo P. Ignatij exscriptum, et  
cum eo collatum cum additionibus, & emendationi-  
bus quæ sunt in margine, authoritate congregatiōnis  
factis

factis in quorum fidem Magister Ioannes de Polanco  
secretarius Societatis Iesu, ex prescripto congregatio-  
nis, & omnium nomine subscripsit librum illum, &  
sigillo Societatis obsignauit.

2. De examine, & constitutionibus, & declaratio-  
nibus, ex hispanico idiomate in latinum versis, quæsi-  
tum est: an imprimi oporterer, & quam auctoritatem  
habere deberent. Et primò quidem statutum fuit, ali-  
quos esse deputandos qui cum originali conferrent ver-  
sionem: & deputati fuerunt complures ab ipsa con-  
gregacione: & quæ apud ipsos erant dubia in congre-  
gatione priuata, cum generali tractabantur: & sic  
ad plura suffragia, complura dubia resoluta sunt circa  
uersiōnēm: & ut haberet auctoritatē versiōnis statu-  
tum est. i. ut ordinaretur, ea utendum esse, nec licere  
priuata auctoritate, & sine congregacione aliam ede-  
re versiōnēm: & impressionem statim inchoandam  
ab examine prius reuiso à deputatis.

## TITVLVS SEXTVS. QVAE SE-

quuntur decreta pertinent ad res uarias,  
de quibus in Congregatione ge-  
nerali actum est.

## PRIMVM DECRETVM.

- Quia videbatur agendum de his, quæ pertinent ad  
personam, & officium Prepositi generalis tractatum  
est de quatuor assistentibus eligendis, & tempus ali-  
quod

quod assignatum est ad informationem capiendam.  
 Cum enim Societas committere debeat assistentibus uicibus suas, quod attinet ad suam prouidentiam circa corpus Præpositi generalis, & res externas, & alia quæ in quarto, & quinto capite non à partis continentur.  
 Cumque idē consiliarij Præpositi esse & in rebus ad doctrinam, & ad res gerendas pertinentibus eundem subleuare, et alioqui in lectione, prædicatione, & alijs p̄ys operibus iuxta Societatis institutum exerceri debant: bonos, fideles, societatis, ac communis boni amatores, discretionis dono præditos, in rebus agendis versatos, & ad conuersationem cum hominibus idoneos esse eos oportere; visum est, & eligendos ab eisdem esse electoribus, qui Præpositum generalem elegerant, & quidem inter absentes, & præsentes, inter professos, vel qui apti essent ad professionem emittendam.  
 Et si fieri posset ex varijs Provincijs eligi eos debere, & ita per scrutinium primum ad plura suffragia quartuor electi sunt: videlicet Magister Hieronymus Natalis, P. Ludouicus Gonzalez, Doctor Christophorus Madridius, & Magister Ioannes de polanco.

<sup>2</sup> Quia etiam iuxta constitutiones eligendus erat aliquis cuius hoc esset munus, ut si animaduerteret Præpositum in his, quæ ad personam, uel officiū suum pertinent, minus bene agere, eundem post orationem cum debita modestia admoneat: in primo Scrutinio, ad plura suffragia electus est unus ex assistentibus, scilicet Magister

Ioannes

*Ioannes de Polanco.*

Item quædam dubia proposita fuerunt circa Assi-  
stentes, quæ scilicet iam sequentur.

3 Cum dicatur in quarto capite nonæ partis, Proui-  
dentiam Societatis, circa Præpositum Generalem esse  
primo circa externa, secundo circa corpus, tertio cir-  
ca animam: quia etiā in uiris perfectis in quibusdam  
quæ ad personam, & gubernationem pertinent, acci-  
dere aliqua possunt, quæ admonitione indigeant.  
Cumq; in quinto capite sequenti dicatur quòd per Assi-  
stentes exercet Societas hanc prouidentiam: qui in  
tribus dictis dicent, & facient, id quod in domino  
indicauerint expedire: quæsum est: Quomodo intel-  
ligi opporteat illud (Dicent, & facient) an scilicet  
in tribus prædictis, & singulis eorum, scilicet rebus  
externis, corpore, & anima: quod ad personam,  
& gubernationem attinet, dicant, & faciant, quic  
quid eis videbitur: an ut coniunctim loquatur de tri-  
bus prædictis, in quibus dicere, & facere debent,  
quod indicauerint expedire iuxta præmissa in quarto  
capite: ut scilicet moderentur res externas, prohibe-  
ant nimiam corporis afflictionem, et admoneant Præ-  
positum, sicubi monendus videbitur; in his quæ ad  
personam, vel gubernationem pertinent, & hoc ulti-  
mum per unum aliquem, de quo in quarto capite præ-  
cedenti dictum erat.

*Statutum est ergo Tò. dicere, & facere interpre-*

*C tandum*

tandum ita esse: ut coniunctim ad tria referatur:  
facere quidem, & dicere ad duo priora: dicere tan-  
tum, id est, admonere per personam deputatam, ad ter-  
rium referendum esse; & iuxta præmissa in capite  
quarto præcedenti.

4 Si mittatur Assistens a Præposito extra locum,  
in quo ipse residet, petitum est an obedire debeat absolu-  
lute, an se excusare, eo quod Assistens est.

Statutum fuit, quod se non excusare deberet, sed obe-  
dire: quodq; erit ipsius Præpositi constitutionum me-  
minisse, quæ non esse facile allegandum quenquam  
Assistentium statuunt etc. Troposta fuerunt, dein  
de, quæ sequuntur.

5 An propter valetudinem aduersam in aere Roma-  
no posset dimittere Officium Assistens.

Responsum est: Sine consensu Societatis non posse di-  
mitti officium hoc ab ea datum. Quod si per Socie-  
tatem id licet, tunc in alio substituendo constitutio-  
num ordinem esse seruandum, nec esse substituendi po-  
testatem penes Assistentem.

6 Si Præpositus Generalis extra urbem mitteretur,  
vel sponte iret, & non ad tempus breue, an deberent  
Assistentes ipsum comitari, an Romæ manere cum  
Vicario, quem relinquaret Præpositus: an partim ip-  
sum comitari, partim manere oporteret;  
Responsum est: Arbitrio Generalis relinquendū esse,  
an aliquos ex Assistentibus secum habere debeat  
nec nè

nec nē, prout negotia conficienda essent plura, vel pauciora: & tamen quōd ut socium semper aliquem eorum apud se habere deberet.

- 7 Si Pontifex vellet quempiam ex Assistentiis bus aliquo mittere, an Generalis debeat eum informare, & curare, ut potius alium mittat necne?
- Responsum est: Discretioni Generalis id esse committendum: ut plurimum tamen, informari ab eo Pontificem oportere.*

- 8 Si male se gereret Assistens in alijs rebus, vel etiā in officio suo, adeo ut indignus videatur eo loco: quid agēāum esset; an scilicet informare Trouinciales, adhībito reliquo Assistentiū testimonio oporteret.
- Responsum est: Posse Assistentem huiusmodi, interim suspendi ab officij executione à Præposito Generali: non tamen omnino remoueri, nisi de consensu Societatis iuxta constitutiones: posse tamen alium à Præposito constitui (prout illæ dicunt) in casu mortis, & diuturnæ absentie.*

- 9 An propter hominū penuria minus, quam quatuor Assistentes eligere sufficeret, vel certè, an aliquis eorum mitti posset libertus.

- Responsum: Quatuor esse debere Assistentes, & de missionibus procedendum esse iuxta constitutiones.*

- 10 An in unam personam coincidere possent secretarius Societatis, & Assistens.

- Responsum: Melius esse diversis personis hac officia.*

C i u i t a t i s.

cia committi, cum singula satis sint ad unum hominem bene occupandum, propter hominum tamen penuriam posse coincidere. & iuxta id Præpositus Generalis elegit unum ex Assistentibus in Secretarium scilicet Magistrum Ioannem de Polanco.

*11.* An Assistentes Præpositi Generalis interesse, & suffragium habere debeant in electione noui Præpositi, & si habent, quo ordine suffragia dicere debeant, quia de eo non fit mentio in constitutionibus.

Statutum est: Assistentes suffragium habere debere, & eorum officium, usq; ad electionem Præpositi duraturum: eosdem autem fore Assistentes Vicarij: vel si ex eis eligeretur Vicarius reliquos eius Assistentes fore: De ordine autem dicendi, ut sequentur antiquitatem professionis.

*12.* Super tertium caput, constitutionum octauæ partis actum est: An Commissarij alicubi constitui, tamquam officiales ordinarij deberent, ut in Hispania, & in India &c, an non? sed ut sint officia extraordinaria pro arbitrio Præpositi, & rerum necessitate, vel utilitate: & quocunq; modo hoc se habeat, an debeant expirare, cum Præposito huiusmodi officia, amanere post eius obitum, sicut & Prouincialium officia: ut etiam extra ordinem terrorum, qui ex qua vis Prouincia venire debent ad Congregationem, illi veniant.

Responsum est: Commissarios non esse debere officiales

ciales ordinarios, sed prout visum erit Præposito Generali expedire: post mortem vero Præpositi, expirare Commissariorum potestatem, nec eos habere suffragium ratione officij ad electionem successoris, nisi alioqui eligerentur, inter illos ternos de quavis Provincia.

13 Petitum est, quomodo possint eligi inter ternos ad Congregationem destinatos Commissarij, cum non sint potius de hac Provincia quam de illa.

Diffinitum fuit: quod in Provincia, in qua versabitur Commissarius tempore Congregationis Provincialis (ad quam ipse vocari debebit) eligi poterit, ut veniat ad generalem.

14 De missa etiam, & eius coerençonijs actum est, & constitutum, ut sequeremur usum Romanum secundum rationem Constitutionum: Omisso psalmo, Iudice deus, & in fine dicendo Euangeliū Lucæ Loquente Iesu ad turbas: vel, In principio erat verbum, pro vniuersiuisq; deuotione.

15 Undecima Augusti propositum fuit à quodam ex Procuratoribus Hispaniæbus quomodo occurrent dum esset illi incommodo, quod ex votis simplicibus coadiutorum, & scholasticorum nasci posset, cum illi postquam admisi fuerint in coadiutores formatos, vel scholasticos approbatos, possint (licet peccent) uxorem ducere, & matrimonium erit validum: un de querebatur; an consultum esset tria vota solemnia

C iij emittere

emittere aliquando huiusmodi fratres.

Statutum fuit nihil immutandum esse de constitutio-  
nibus, vel de ratione votorum simplicium: si quid  
autem incommodi accideret, ut pro re nata prouidere-  
tur: & ita exclusum fuit quod de professione dice-  
batur.

16 Quæsum etiam fuit de ratione vestium, & pileo-  
rum, quibus laici nostri vti deberent.

Nihil esse statuendum visum est: sed eam indumen-  
ti rationem probari, qua nostri laici à sacerdotibus no-  
stris, & à secularibus hominibus distinguerentur; &  
ut vestitus honestus esset iuxta morem patriæ, & pi-  
leorum quidem ratio Provincialium arbitrio relicta  
est: eos tamen, qui inseruendi missis officium ha-  
bent, clericali pileo vti debere visum fuit. De super-  
pelliceis nihil certi statuendum videbatur; sed si quan-  
do expedire iudicaretur, ut huiusmodi ministri eis  
vterentur, petendam esse facultatem à Generali.

17 Propositum fuit nostros à quibusdam reprehendi,  
quòd ieunia, & poenitentias ordinarias non habere-  
mus: & quærebatur an diebus Veneris ieunandum  
esset, & in aduentu saltē die Mercurij, & Veneris.  
Responsum fuit: Constitutiones nostras in hac etiā  
parte seruandas esse: placebat tamen fieri declaratio-  
nem in scholijs, quòd non ad singularitatem pertinet:  
si quis ieunet alijs non ieunantibus: & quòd danda  
esset facultas volentibus ieunia obseruare, secundum  
mensuram.

mensuram rectæ rationis.

- 18 Circa orationem dictū fuit quibusdam plus temporis impendendū videri, quam cōstitutiones præscribāt. Responsum fuit; Seruandas esse Constitutiones, & nihil aliud certi præscribendum in illis: sed quod ad nouitios attinet in regula Magistri nouitiorum esse statuendum, ut orent ultra horam (ut coſtitutiones innuunt) & ne obligentur ordinariè ad duas horas: posse tamen cum particularibus augeri vel minui per superiorem hoc tempus.

Quod ad professos attinet, si non facerent iuxta mentem Coſtitutionum, ut Præpositi Domorū eos adiuuent & tempus orationis prout videbitur, præscribant. De Coadiutoribus temporalibus dictum fuit: curam peculiarem esse habendam, licet non statuatur eis certū tempus orationis aliter, quam in Constitutionibus quartæ partis capite quarto statuitur. Epicheya tamen quæ in scholasticis locum habet, ut s. possint superiores augere vel minuere, vel commutare orationē, in his omnibus locum habebit.

- 19 An simul omnes orare aliqua diei, vel noctis hora expeditat.

Responsum est; Simul non esse orandum; cum præsertim mens Patris nostri Ignatij eō tenderet, prout verbis significauit. De ordinaria autem oratione sermo est, non de extraordinaria, quæ pro re nata publicè ad tēpus instauri posset. Proposita etiam fuerunt, quæ sequuntur.

C iiiij De

20 De benedictione mensæ, & actione gratiarum, constitutum est, ut sequeremur usum Romanum comunem, & id, in Refectorio: nam in priuata mensa antiquam, & consuetam benedictionem posse retineri, et non sedendo, sed stando benedictionem, & actionem gratiarum fieri debere.

21 Alijs sessione propositum fuit, an declarari deberet à tota Congregatione quod Præpositus Generalis posset acceptare donationes, & quosuis contractus celebrare; dummodo, non agatur de dissolutione, aut alienatione Collegij, vel domus iam erectæ: ut sic demū contra eos, qui difficiliores sunt, possit ostendī: quod ex constitutionibus alioqui habemus, de facultate generalis.

Fuit autem facta decisio, quod posset (ut prædictum est) quosuis contractus celebrare: & aduocatus est notarius publicus qui Instrumentum conficeret, quod hic subiungitur, & aliud etiam particulare confessum est, quo significabatur ratum haberi quod Præpositus Generalis in quodam Parmensi contractu fecerat &c.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate eiusdem M. D. LVIII. Indictione prima die vero trigesima, mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri, D. Pauli Divina prouidentia Papæ Quarti Anno Quarto In mei Notarij publici infrascripti, testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum; & rogatorum presentia, personaliter

sonaliter constituti in unum simul congregati, & coadunati infra scripti Patres Reuerendi, Primò videlicet, Pater Jacobus Laynez totius Congregationis nominis Iesu Praepositus Generalis, Pater Paschalias Broet, Pater Alphonsus Salmeron, Pater Nicolaus Bobadilla, Pater Simon Roderici, Pater Hieronymus Natalis, Pater Michael de Torres, Pater Hieronymus Domenech, Pater Baptista de Barma, Pater Iacobus Miron, Pater Ioannes de Polanco, Pater Baptista Viola, Pater Nicolaus Lanoy, Pater Euerardus Mercurianus, Pater Ludouicus González, Pater Gundisalvus Vaz, Pater Virsarius Goysonius, Pater Antonius Vinch, Pater Ioannes de Plaza, Pater Emanuel Godignus, Pater Georgius Serranus, Pater Antonius Cordessus, Pater Don Didacus de Guzman, Pater Didacus de Auillaneda, Totam Congregationem Societatis Iesu representantes, ac plenam Congregationem, ut asseruerunt facientes: sponte & non per errorem aliquem, sed ex eorum, & cuiusq; ipsorum certa scientia, ac spontanea voluntate declararunt, & quilibet ipsorum declarauit; facultatem esse penes Praepositum Generalem iuxta bullas, & constitutiones dictæ Congregationis, seu Societatis; ad quosquis contractus, ut emptionum et venditionum, & cessionum quarumlibet rerum temporalia, mobilium, vel immobilium, celebrandum: & ad vendendum, & redimendum quosquis census super

super bona stabilia collegiorum Societatis, ad colle-  
giorum eorundem, & quidem evidentem utilita-  
tem: dummodo erecta Collegia, vel domos alienare,  
vel dissoluere non possit. Declararunt etiam, &  
quilibet ipsorum declarauit, si quid dispositioni So-  
cietatis relinqueretur, siue sint bona stabilia, ut Do-  
mus vel possessio aliqua non applicata alicui Collegio,  
vel domui erectae, vel erigende, siue mobilia, aut pecu-  
niae, frumenta, & alia quævis, eundem R. Patrem,  
Præpositum posse de illis disponere, illa vendendo, vel  
retinendo, prout constitutiones permittunt; vel appli-  
cando ad unam partem, vel aliam, prout senserit ad  
maiorem Dei gloriam fore. Præterea declararunt,  
ut eorum quilibet declarauit: etiam Præpositos Pro-  
vinciales, vel particulares, ac Rectores, ac alios quosvi-  
uis de Societate, eam habere dumtaxat ad res prædi-  
etas facultatem, quæ à Præposito Generali fuerit illis  
communicata: & non necesse esse Collegialiter ad su-  
miles actus congregari. Declarauerunt insuper, &  
quilibet eorum declarauit, non opus esse collegiales ali-  
cuius Collegij congregari ad sonum campanæ, nec ali-  
ter, ad procuratores constituendum, vel ad quosvis  
alios contractus celebrandum, cum potestas tota ma-  
nare debeat à Præposito Generali, qui eam cōmunicâ-  
bit alijs, cum facultate etiam substituendi; ita ut nul-  
lo modo oporteat res huiusmodi Collegialiter tracta-  
ri. Super quibus omnibus & singulis præmissis,  
petierunt

petierunt sibi per me Notarium infrascriptum unum,  
vel plura publicum, seu publica fieri, atq; confici instru-  
mentum, & instrumenta. Actum Romæ in domo  
Societatis prædictæ, & stantia seu Camera superiori  
eiusdem domus, in qua fieri similes solent congrega-  
tiones, ibidem præsentibus D. Ioanne Corso Clerico  
Barchinonensis diœcesis & Francisco Petrarca Cleri-  
co Neapolitano, testibus ad præmissa vocatis speciali-  
ter, atq; rogatis. Et quia ego Andreas Gerardus  
Clericus Lugduniensis diœcesis, publicus autoritate  
Apostolica, necnon curiae causarum Cameræ Aposto-  
licæ Notarius præmissis interfui, eaq; in actis me-  
is annotavi: Ideo præsens instrumentum subscripsi,  
& publicavi, signumq; meum hic apposui consuetum  
in fidem præmissorum rogatus, & requisitus.

Omissa Sigillo.

22 Propositum fuit: ut videretur, an ex literis Aposto-  
licis, quibus explicauit Iulius Tertius, et confirmauit  
institutum nostræ Societatis, aliquid in melius immutari  
expediret. Responsum est, nihil immutandum videri.

23 De forma votorum simplicium, quæ post profes-  
sionem emitenda esse in constitutionibus dicuntur,  
actum est: an approbanda videretur, & executioni  
mandanda. Placuit Congregationi formula, &  
executio huiusmodi emissionis votorum indicta est,  
in Sancti Bartholomei Festum (quod ad præsentes  
attinebat) quod Romæ celebratur vigesima quinta

Augusti

*Augusti, ut coram Præposito Generali, sine com-  
mumone (ne sacrificiò missæ priuarentur) vota sua fa-  
cerent: & ita prædicto die à prandio in ipso loco Con-  
gregationis omnes professi illa emiserunt iuxta formu-  
lam hic adiunctam.*

FORMULA VOTORVM SIMPLICIVM  
quæ professi emitunt post professionem.

**E**GO .N. Professus Societatis Iesu, promitto  
Deo Omnipotenti coram eius Virgine Matre, &  
tota curia cœlesti, & coram R. Patre Præposito Ge-  
nerali, vel coram .N. locum Generalis Præpositi te-  
nente nunquam me acturum quacumq; ratione, vel  
consensurum, vt, quæ ordinata sunt, circa paupertatem  
in constitutionibus Societatis immutentur: nisi quando  
ex causa iusta rerum exigentium videretur pauper-  
tas restringenda magis.

Fræterea promitto nunquam me acturu vel prætensu-  
rum, ne indirecte quidem, vt in aliquam prælationem,  
vel dignitatem in Societate eligar, vel promouear.  
Tum, si quæ sciam id curare, vel prætendere, promitto  
illum, remq; totam me manifestaturum Societati,  
vel Præposito eius.

Promitto præterea nunquam me curaturum, prætensu-  
rumq; extra Societatem prælationem aliquam, vel  
dignitatem, nec consensurum in mei electionem quan-  
tum

quum in me fuerit, nisi coactus obedientia eius, qui mihi præcipere potest sub poena peccati.

In super promitto, si quando acciderit, ut hac ratione in præsidè alicuius Ecclesiæ promouear pro cura, quā de animæ meæ salute, ac recta muneric mihi impositi administratione gerere debo, me eo loco, ac numero habiturum, Præpositum Societatis generalem, ut nunquam consilium audire detrectem, quod vel ipse, per se, vel quiuis alius de Societate, quem ad id ipse sibi substituerit, dare mihi dignabitur. Consilijs vero huiusmodi ita me pariturum semper esse promitto, si ea meliora esse, quam que mihi in mētem venerint, iudicabo: omnia intelligendo iuxta Societatis Iesu constitutions & declarationes. In tali loco, tali die, mense, & anno &c.

<sup>24</sup> Proposita sunt deinde sequentia s. de supradictis Collegiorum, & Universitatim, quatenus eos teneri expediat,

De reseruatis casibus Rectori, vel Præposito locali.

An Provinciali, vel Commissario reseruari oporteat peccata priuatorum, vel eorum, qui alijs præsunt.

An aliæ facultates, vel privilegia, quæ valde necessaria, vel utilia Societati videbuntur, curanda sint: & ea quæ habemus, quibusdam in locis magis declaranda.

An alicui committi debeat cura conscribendi modum ad rosarium, vel coronam benedicendam præsertim pro laicis.

De

*De modo loquendi, ad sobrium & religiosis dignum honorem, dicto vel scripto alijs de Societate exhibendum, an constitui aliquid oporteat.*

*An expedit exemplum autenticum omnium contrac-  
tuum maioris momenti (præsertim rerum perpetua-  
rum) quæ ubiq; in Societate sient, ad Archiuū, quod  
erit in Urbe penes Præpositum generalem, deferri.*

*Consideretur modus mendicitatis in Urbe, & alijs in  
locis tenendus : An s. ostiatim (ut sit Romæ bis in  
hebdomada) emendicari oporteat, nec ne : sed potius  
per procuratorem sint eleemosynæ petendæ, ut modò  
sit per procuratorem Domus nostræ de Urbe. Priorē  
ex his modis, quamvis permisit ad tempus Pater no-  
ster Ignatius, significavit tamen sibi non placere.*

*Videatur an possit iniri ratio, qua minor multitudo  
coadiutorum temporalium sit necessaria, cum in con-  
stitutionibus, paucitas eorum videatur commendari,  
& praxis aliud ostendat.*

*Videatur etiā quatenus expedit sacerdotes, cum Do-  
mi sunt, vel etiam in missionibus, uti coadiutorum ope-  
ra : ne quod necessitatis gratia, & ut vacare illi pos-  
sint maiori, communq; bono animarum inductum est,  
vertatur in fastum, aut superbiam, aut desidiam sacer-  
dotum.*

*An expedit in Ecclesiis nostris dare deuotis perso-  
nis, & de nostra Societate benemeritis, capellas,  
quas illi censibus applicatis dotare velint, ut aliquæ  
misse*

missæ dicantur.

*Et an Societatis collegia possint, et debeant se obligare singulis annis, mensibus, vel hebdomadibus profunda toribus Capellarum, ad celebrandas aliquas missas.*

*His omnibus unica responso data est; ut i ræpositus Generalis ea videret, & statueret quod factò opus es set; de admittendis tamen capellis alio decreto seorsum tractauit Congregatio.*

25 *Propositum fuit etiam de testamento fratris nostris D. Hieronymi de Coloredo bo: me: qui bona sua legaverat ad collegium Societatis instituendum, quid agendum esset. Responsum est: Patris Præpositi Generalis arbitrio id esse relinquendū: inclinabatur tamē Cōgregatio rationibus auditis ad non admittendum legatum: Et ita Pater Præpositus declarauit in eadem plena Congregatione se non admittere: & per litteras suā patentes id postea Reuerendissimo Episcopo Cen tensi eius auunculo significauit.*

26 *Quæsita deinde fuerunt, quæ sequuntur. An libros in Societate imprimi, & venundari sit tolerandum: aut etiam laudandum propter commune bonum, quod inde sequitur: an potius sit prohibendum; ne mercaturam exercere videamur.*

*Statutum est: Nihil esse in alterutram partem decidendum, sed Arbitrio Præpositi Generalis relinquendū: Visa tamen res est consideratione digna, ne quid fiat, in quo lèdatur paupertas vel institutum Societatis.*

*An aliquis*

27 An aliquis ordo certus sedendi in mensa, & Congregatione, & alijs in rebus constitui oporteret.

Reffponsum est in Congregationibus quidem tenendū esse ordinem, de quo actum est ante electionem. In mensa vero, ut sacerdotes alios ad eum gradū non promotos præcederent: Inter ipsos autem sacerdotes, aut Laicos nullum ordinem videri constituendum.

28 An directorum exercitiorum tradendorum, confessionum audiendarum, vel faciendarum, prædicacionis, doctrinae Christianæ, orationis, conuersationis, iuandi etiam morituros confici oporteat, & vni, vel pluribus hoc oneris imponi.

Placuit congregatiōni, vt per Præpositum Generalem hæc omnia, & modus etiā eis vtendi, curarentur.

29 An præter approbationē prouinciarum, quæ hactenus extiterunt, aliquæ essent instituenda, ex quibus, & non ex alijs veniendum esset ad electionem Præpositi (quauis aliæ postea instituerentur) ad evitandā ambitionis occasionem. Placuit congregatiōni confirmatio Prouinciarum, quæ hactenus fuerunt, & vt relinquetur Præposito nouarum institutio. Postquam autem instituta fuerint, vt ex eis veniant terni, iuxta constitutiones perinde, atq; ex alijs.

30 Propositum fuit etiam de ratione sepulturæ fratribus nostrorum. Et statutum est vt obseruaretur circa veſtitum mortuorū sacerdotum quod de viuentibus diciatur in constitutionib. vt s. utamur eo modo, quo sacerdotes

dotes honesti eius regionis uti solent. De fratribus autem, qui sacerdotes non sunt, ut sepeliantur eodem modo induiti, quo alij clerci honesti, qui sacerdotes non sunt, indui solent. Seruentur autem quod ad officium pro defunctis attinet, constitutiones, ubi in Ecclesia nostra funus celebrabitur, & numerus sufficiens nostrorum erit. Vbi enim alterutrum deesset, possent externi aduocari ad funera nostrorum.

31 De modo etiam concionandi quæsitum fuit, an semper in initio salutari debeat beata Virgo, et stola ferri. Responsum est: Beatam Virginem esse salutandam, siue procemium præmittatur (quod nonnulli faciunt) siue non, pro concionatoris voluntate. Superpellicio autem utendum esse inter concionandum, stolam vero ut iuxta patriæ morem adhibeant, vel non. In electionibus sacre scripture, etiam ad populum, superpellicium non esse adhibendum.

32 A clum est deinde de Visitatione Præpositorum provincialium, & visum est, committendum id esse Præposito Generali, qui poterit Provincialibus iniungere, ut quotannis uisitent Domos, et Collegia suarum provincialium, vel eorum arbitrio id relinquet. Itaq; ipsem et Præpositus Generalis constitutiones interpreteur in hac parte.

33 Postea de his, quæ subdentur agi coepit est, An pro rectores habere in Collegijs tanquam amicos, & non tanquam habentes ius aliquod in ipsa collegia, expediret.

D Probatum

Probatum est ut haberentur amici qui protectionem susciperent Collegiorum sed nomina iuridica, quæ iurisdictionem dicant, vitæda esse; ne aliquando plus satis si bi sumant huiusmodi homines.

34 Deinde de ratione ædificiorum fuit propositum: modum esse imponendum ædificijs domorum, et Collegiorum, quod in nobis est, ne præter cætera incômoda, fiant aliquando Palatia nobilium, sed sint ad habitandum, & officia nostra exercendum utilia, sana, & fortia: in quibus tamè paupertatis memores videamur: unde nec sumptuosa sint nec curiosa &c. De Ecclesiis tamen nihil dictum est, & hæcres tota magis consideranda esse videbatur.

35 De barba etiam nutrienda: & eam non esse nutritendam visum est.

36 An ea, quæ decisa sunt in Congregatione ante electionem rata sint futura in posterum, si contra constitutiones non fuerint.

Statutum est: ut non obligent in futurum: sed scribenda esse seorsum, ut possint illis uti si volent. Quæ vero post electionem decisa sunt scribenda esse seorsum: et ut auctoritatē haberent, quam illis constitutiones præbent septimo capite octauæ partis.

Si quæ autem ex constitutis ante electionem videntur contraria constitutionibus, sic maneant: sed constitutiones non mutentur.

37 De carceribus etiam in Societate tenendis Congregations

gationi visum est ius quidem iam esse penes Societatem ex bullis, & constitutionibus; quoad visum autem nihil esse statuendum, sed eam curam Præposito relinquendam.

38. Propositum fuit à Patre Præposito: An expedire aliquæ Collegiola in Domos conuerti, ut non teneamus occupatos tot præceptores: & plures possint confidere sua studia, & post multa ultro, citroq; dicta, visum est, rem maturius considerandam esse.

39. Proposita sunt deinde sequentia: An essent admittenda cathedralæ publicæ in Vniuersitatibus, aut alibi à nostris, cum ea disceptatione suffragiorum, & oppositio ne quæ solet fieri. Et visum est, non esse admittendas: Si tamè sponte offerantur huiusmodi cathedralæ ab Vniuersitatibus, aut Rectoribus earum, & gratis prælegatur, nec quisquam se opponat, cum quo sit disceptandum, admitti possent; consulendus est tamen Træpositus Generalis, ne ordinaria ea facultas videatur.

40. An in scholis nostris, cum Vniuersitatis curam successipamus, eos admittere debeamus, qui à Societate defecerunt post emissâ vota consueta.

Et responsum est; admitti debere, nisi ex admissione graue scandalum sequeretur, de quo quidem scandalo index erit Træpositus Provincialis, & re rectius tunc huiusmodi homines excludi possent à scholis, impetranda esset facultas à fundatoribus ad eos excludendos,

D ij qui

qui sine graui scandalo teneri non possunt, ut est dictu.

4<sup>o</sup> An possent exequiae solemnes celebrari in nostris Collegijs, in morte aliquorum Principum, qui nostrorum Collegiorum fundatores, vel de eis benemeriti extiterunt, an potius nostro modo simplici facienda essent. Responsum est; posse celebrari in morte Principum fundatorum, vel de Societate benemeritorum in nostris Ecclesiis, quando pro eis huiusmodi exequiae publicè fieri solent per Ecclesias cuitatum, & id nostro modo simplici, absq; pompa feretri cum fascibus, nec tamen ut constitutionem hoc debere obseruari, sed ubi similis ratio posceret, possit à Præposito permitti.

4<sup>o</sup> An cum vita excesserint personæ aliquæ de Societate benemeritæ, & in Ecclesijs nostris sepeliri voluerint, possint à nostris ea officia pro eis dici, quæ pro fratribus nostris defunctis dicere consueuimus.

Responsum fuit; concedendam esse sepulturam in nostris Ecclesijs ijs, qui Collegiorum nostrorum fundatores extiterunt, vel fundationes iuuuerunt. Principibus etiam, & Prælatis, qui id voluerint: alijs autem personis, etiam benemeritis, non esse id concedendum sine facultate Præpositi Generalis: quicunq; tamen illi fuerint, non videntur pro eis ea officia publicè dicenda, quæ pro nostris fratribus defunctis dicere solemus: & obseruandum est, ne cuiquam præiudicium fiat in huiusmodi sepulturis, & ut nullus nostrum sponte se offerat ad.

- rat ad eam licentiam petendam, & etiam ne ius sepul-  
turae, posteri eorum, qui ibidem sepeliuntur, acquirant.
43. Propositum fuit à Patribus Lusitanis, an redditus  
quidam essent retinendi, qui cuidam Collegio ipsorum  
prouenient a petitionibus quibusdam publicis, quæ sub  
nomine Domini Antonij exiguntur, cum nonnullorum  
scandalo. Responsum fuit; ut videret Præposi-  
tus Generalis, an statim essent relinquendi, an retinen-  
di, donec commutentur in alios, qui non præferant  
eam speciem scandali.
44. Verebatur etiam an essent proponenda, & danda  
prunuscula quedam (quæ præmia vocant) scholasticis  
externis, ut ea ratione inflammentur ad studia litterarum.  
Placuit proponi, & dari: dummodo ne  
fratribus nostris darentur, nec externis nostro cum  
sumptu: & ut seruaretur modus honestus, & reli-  
giosus.
45. Cum Collegium Conimbricense hucusq; possederet  
Monasteria quedam cum Ecclesijs parochialibus  
annexis, an sit dispensandum in constitutionibus, quæ  
oppositum videntur statuere, vel quid nam faciendum  
sit. Placuit Congregationi omnem adhiberi  
diligentiam, ut quam primum, & quam optimo  
modo fieri posset liberaretur ab animarum cura prædi-  
ctum Collegium.
46. An in Collegio Eboraciensi propter aeris intēperie  
et salubritatis defelū, et astus graves illius Cūitatis,

D i u concedendæ

cōcedendā essent nostris praeceptoribus studiorū intermissiones longiores, quam alijs in Collegijs concedi soleant. Responsum est; intermissionem quidem placere, sed modum, & dierum, quibus vacandum a studijs effet numerum, relinquendum esse, Præpositi Provincialis iudicio.

47 An expediret nostros curam retinere quorundam scholasticorum externorum qui coniuctores, vel commensales dicuntur, quorum cura nostris à Rege Lusitaniae imposta est, non exiguo cum onere, cum nouum Collégium illis traderet.

Responsum est; dandam esse operam ut Domus quædam construeretur extra Collégium nouum Conimbricense pro habitatione huiusmodi coniuctorum, ut à nostrorum scholasticorum habitatione omnino separentur.

Interim tamen retinendam esse eorum curam, quam Societas iam suscepit, & hoc quidem ex dispensatione quædam concerdi.

48 An Domus probationis sint sciungenda à nostris Collegijs. Respoſum est; rationes verinq; audiendas, & expendendas esse, quæ multæ se offerebant, & rem potius prope Collégia, quam prope Domos professorum tenendas videbantur; sed ulterius non est actus ea de re.

49 Petierunt idem Patres Lusitani regulas quas non habebant, & Visitatoris, & Provincialis &c. Responsum fuit: faciendas, & eis mittendas esse.

An

10. An seculares qui emittunt vota in ordine militari  
vocato Christi, possint ad Societatem nostram admitti, licet credatur non emissuros professionem apud nos.  
Responsum est admitti posse.

11. Cum ex Provincia Lusitaniæ plurimi ad Indos,  
Brasiliam, & alias infidelium Regiones mittantur, &  
hominum penuria ibi laboreetur, petierunt Patres Lu-  
sitani à Congregatione auxilium.  
Responsum fuit quoad eius fieri posset subueniendum  
illis esse.

12. Quæsierunt etiā: An Doctores, et Magistri de So-  
cietate cum publicis præsidiū disputationibus, aut scho-  
lasticos in universitatibus examinant, ea insignia seriu-  
ra, quibus alij Doctores, vel Magistri utuntur, ferre  
debeant.

Responsum fuit; deferēdam esse huiusmodi causam ad  
Træpositum Generalem, vt declareret constitutiones  
Universitatum. Quod ad Conimbricense Collegium  
attinet, visum fuit petendam esse facultatem, vt non  
obligarentur nostri ad huiusmodi insignia portanda,  
non tamen incommodum videbatur, si nostri in illis  
actibus publicis, de quibus quæritur, portarent aliqua  
insignia in pileo, præsertim, vt sunt fila illa serica, que  
ponuntur in medio pilei.

13. An vota, quæ nostri cum adhuc in seculo essent,  
emiserunt (quærebatur autem de alijs votis præter  
quam Religionis determinata) censeantur ipso facto co-

D iiiij mutata

mutata in vota simplicia nostræ Societatis; simulatq;  
illa emiserint, quod difficultatē habet, cùm illud capitulū  
lum Scripturæ, de voto, & voti redemptione intelli-  
gatur à doctribus de ingressu per professionem.

Responsum fuit; in nostra Societate suspensa esse alia  
vota, etiam si per professionem non tollantur, & ita  
obligationem eorum cessare, dum in Societate manent.

54 Cum regulæ generales, & communes instru-  
ctiones officiorum diligenter obseruentur, & iuxta  
illas qui præsunt subditos regant, petitum fuit, vt  
viderentur diligentius, & si circa ordinem, vel  
claritatem, aut stylum aliquid esset immutandum,  
immutaretur.

Responsum fuit; vt Präposito Generali id faciendum  
committeretur: Vizum est, regulas ex constitutio-  
nibus deductas, seruandas esse generaliter: alias uiden-  
das esse, & examinandas: documenta vero, sive con-  
silia spiritualia, in unum locum redigenda extra re-  
gulas.

55 An recipi debeant in nostris Collegijs Capellaniæ,  
quibus inseruiunt clerici seculares, quos possint nostri  
elgere, nam ex earum censibus huiusmodi Collegia  
augeri posse videntur.

Responsum fuit; non expedire, vt in nostris Ecclesijs  
vigantur huiusmodi Capellaniæ.

56 An sint admittendi in nostris Domibus, qui ali-  
quod facinus perpetrant, aut bonis cedunt &c. donec  
sua

*sue securitati consulant.*

*Responsum fuit: Consulendos esse viros peritos, et post  
consultationem, res est commissa Træposito.*

57. *An ius illud quod habet Collegium Gandiense præ  
sentandi tres Parochiales neophitorum ex Agare  
nis, sit conseruandum, an potius sit illi renunciandum  
in favorem ordinarij. Vixum est, retinendum esse  
ius hoc, ut melius consultum sit illorum spirituali  
vitæ.*

58. *An expediret Christianam doctrinam docere ca  
nendo, cum experientia docet magis allici eo modo pue  
ros, & maiorem sequi fructum.*

*Responsum fuit; Præposito Generali id committendum  
ille autem statuit ut ita fieret, vbi ad maiorem ædifica  
tionem id fore obseruaretur.*

59. *An præcipiendum esset profesis, ut per se exequi  
tur aliquando votum quod faciunt de curanda institu  
tione puerorum.*

*Vixum est. Træposito Generali id committendum es  
se: Ille autem statuit, ut præter id, quod ad probatio  
nes pertinet, commendaretur valde hoc pium opus pro  
fessis, qui id exequi deberent, iuxta litterarum Apo  
stolicarum, & constitutionū rationem, Pater quidem  
noster Ignatius iniunxit singulis professorum ut se  
mel per quadraginta dies id facerent.*

60. *An sit exterminandus à Societate mos ille ad  
mittendi*

## 58 DECRETA PRIMAE

mittendi beneficia curata, vel simplicia, que nostris ad tempus conferuntur.

Commisum etiam fuit Praeposito: qui statuit, ut non admitterentur beneficia sine licentia Praepositi Generalis, quem informare oportebit, de scandalo si quod fuerit, vel timebitur, & de tota re; ut videat, an dispensari oporteat.

61 An nostri, qui ante ingressum in Societatem habebant beneficia postquam biennium in illa manserint, eas relinquere debeant. Commitendum etiam hoc videbatur Praeposito, qui statuit ut seruarentur Constitutiones, quibus non præcipitur, ut beneficia relinquantur ante professionem, nisi ibiente superiore post primum annum, hunc autem Superiorem statuit fore Praepositum Generalem, vel Commissarium, vel Provincialem.

62 An quilibet Superior in Societate possit Societatis gratias cuilibet subdito communicare, cum facultate eisdem alijs communicandi.

Commisum id fuit Praeposito Generali, qui iuris periodis consultis id declararet.

63 An expediret petere a Summo Pontifice, ut Nunquam Apostolici non possint dispensare in votis simplicibus Societatis, saltem que post biennium emituntur. Responsum est, petendū videri: usum tamen eius gratiae, si obtineatur, penes Praepositum fore.

64 An expediret, ut Praepositi inferiores non possent regulas

regulas condere sine Generalis consultatione, & particuliari concessione.

Responsum fuit; Solum Præpositum Generalem authō ritatem habere, & alios, eam dumtaxat, quam ab ipso acceperint, & cum ea si quid ordinabunt, transmitat Præposito, ut id examinet, & si videat expedire, confirmet.

65 De ratione ineundi contractus, dictum est, & à Congregatione constitutum: potestatem esse penes Præpositum Generalem, & ab eo ad alios descendere debere, iuxta constitutionē quandam relictam à Patre Ignatio sancta memoria, extra corpus aliarum, quæ tota approbata est, & nona partis capiti tertio inserita. Curandum autem dicebatur, ut Breue Apostolicum obtineretur, quo constaret evidentius ijs, qui cum so- cietate negotiantur, de hac potestate. Interim autem, dum Breue obtinetur, ut fiat sicut hactenus factum est: nimirum, ut si acquiescere nobis vellent qui, nobiscum negotiantur, cum Præpositi Generalis facultate dumtaxat, contractus fiant: si noluerint acquiescere, ut possint Collegialiter conuenire ad eorum satisfactio nem, non ad contractus necessitatem.

T I T V L V S S E P T I M V S  
De dissolutione Congregationis.

P R I M V M D E C R E T V M :

N O N videri soluendam Congregationem proſo lius

- luis Træpositi Generalis arbitrio, sine consensu eiusdem Congregationis, quæ Generali superior est.
2. Trigesima prima Iulij propositū est de recessu Patris Magistri Ioannis Pelletary, propter causas, quæ videtur debatur momentū habere: & visum fuit, eum posse recedere. Paulò post tater Doct̄or Canisius Provincialis Germaniae dimittēdus fuit cum Summi Pontificis Nuncio ad Regē Poloniæ, cui comes cum alio Theologo scilicet Doct̄ore Theodorico Amsterdamensi, adiunctus est. Et itare reliqui decem & octo profesi, prius nominati cum Procuratoribus, confecerunt, quod reliquum fuit in Congregatione Generali; superuenerat tamen decimus nonus professus Magister Baptista Vito leus, post Præpositi electionem aliquot dies: & Congregationi, vsq; ad finem interfuit.
3. Quæsum fuit decima octaua Augusti, An dissoluenda esset Congregatio. Et visum fuit prius illa esse absoluenda, quæ necessario à Congregatione generali tractanda erant: ut quæ ad constitutiones pertinent: et ita tractata fuerunt.
4. Postmodum decima die Septembris, de Congregatione dissoluenda actum est, & omnium consensu est dissoluta, die decima Septembris prædicta.

## DE ACTIS SECUNDÆ

### CONGREGATIONIS GEN-

ralis ante electionem Præpositi , quibus inclu-  
duntur ea , quæ ex priori Congregatione  
ante electionem obseruanda  
uidebantur .

**C**Vm indicta fuisset Congregatio generalis à Patre  
Frācisco Borgia Vicario Generali Societatis nostræ  
ad vigesimū diē Iunij 1565. tūc enim quinque menses  
explebatur à data litterarū , quibus euocabātur , iamq;  
ex reliquis Provincijs , præterquam ex Batīca , & in-  
feriori Germania electores conuenissent , celebrata est  
prima Congregatio Romæ Domi nostræ vigesima pri-  
ma Iunij . Et post P. Vicarium , ac duos ex primis de-  
cem , qui aderant , scilicet Patrem Alfonsum Salmerō  
nem Provincialem Neapolitanum , & Patrem Nicolau  
Bobadillam , euocati sunt Provinciales , & sederunt ad  
dexteram Patris Vicarij , ordine antiquitatis inter ip-  
sos seruato , & deinde reliqui profesi , de quorum legi-  
tima vocatione , & iure suffragij ad electionem nihil  
dubitabatur : Et ipsi à sinistro latere Patris Vicarij  
sederunt ordine sue Professionis . Omnes fuerunt nu-  
mero triginta nouem , quorum nomina sunt , quæ sequi-  
untur eo ipso ordine , quo sedebant , & Sententias di-  
xerunt .

Pater Franciscus Borgia Vicarius . Pater Alphon-  
sus Salmeron Provincialis Neapolitanus . Pater Ni-  
colaus

colaus Bobadilla. Pater Iacobus Miron Provincialis Portugallie. Pater Petrus Canisius Provincialis Germaniae superioris. Pater Nicolaus Lanoyus Provincialis Austriae. Pater Euerardus Mercurialis Provincialis inferioris Germaniae, qui uenit tempore quatridui. Pater Hieronymus Domenech Provincialis Siciliae. Pater Antonius Vinch Provincialis Rheni. Pater Christophorus Rodriguez Provincialis Tusciae. Pater Benedictus Palminus Provincialis Longobardiae. Pater Antonius Cordessey Provincialis Aragoniae. Pater Ioannes de Valderabano Provincialis Toletanus. Pater Guido Roillet Viceprovincialis Fracie. Pater Ioannes Suarez Provincialis Castellae. Pater Edmundus Augerius Provincialis Aquitaniae. Pater Ioannes Polanco. Pater Hieronymus Natalis. Pater Michael Torres. Pater Cornelius Bochelmanus. Pater Christophorus Madrid. Tater Emanuel Lopez. Pater Alphonsus Roman. Pater Michael Gouierius post vocatus. Tater Bartholomeus Hernandez. Pater Martinus Gutierrez. Pater Iacobus de Guzman. Pater Gaspar Loarte. Pater Hieronymus Rubiolus. Pater Ioannes de Montoia. Pater Franciscus Adornus. Pater Petrus Ribadeneyra post vocatus. Tater Pontius Cogordinus, qui venit paulo ante quatriduum. Tater Paulus Offeus. Tater Fulvius Androtius. Tater Ludouicus de Codreto. Tater Marcus Georgius.

Pater

Pater Marcellus vaz, Pater Franciscus Costerus.  
Prefatus autem quædam Pater Franciscus Vicarius  
proposuit quæ sequuntur.

## PRIMVM DECRETVM

An Patres, qui tunc aderant, censendi essent, Congregationē Generalem legitimam, & plenam confīre; & totius Congregationis consensu statutū est esse legitimam, & plenam Congregationem.

2. Deinde quia Pater Petrus Ribadeneira, defunctus Commissariatu Siciliae, & cum iam ex eadem Provincia discessisset, à Provinciali Congregatione electus fuerat, ad electionem Generalis, & si is non admittetur, Pater Carolus Pharao substituebatur (prout constituit ex lectis litteris prædictæ Congregationis Provincialis, Siciliæ) proposuit Pater Vicarius, an dictus Pater Petrus admittendus esset, supplendusq; defectus electionis eius, an Pater Carolus admitti deberet.

Decreuit autem Congregatio, Patrem Petrum admittendum esse ex equitate, & Epicheia quadam, supplendo defectum electionis, & ne in exemplum aliorum id transiret. Pater vero Carolus in Procuratorem admissus est, prout Congregatio Provincialis perebat, & statim vocatus Pater Petrus suo loco in Congregatione sedet, & sententiam dixit.

3. Præterea cum Pater Ioannes Valderabano Provincialis

quincialis Toletanus elegisset Patrem Michaelem Go-  
uernum postquam Pater Egidius Gonzalez à Con-  
gregatione Prouinciali electus, in morbum inciderat,  
ipsaq; Congregatio dissoluta erat, & tempus venien-  
di ad Congregationem Generalem urgebat: proposu-  
it idem Pater Vicarius, an is admittendus esset supple-  
to defectu talis electionis.

Decreuit Congregatio ex aequitate admittendum esse  
prædictum Patrem Michaelem Gouernum, licet no  
tum esset in exemplum habenda talis dispensatio: et statim  
est euocatus, & suo loco sedet, & sententiam dixit.

4 Proposuit Pater Vicarius, an petenda esset, bene-  
dictio à Summo Pontifice ad Congregationē nostrā, iuxta  
constitutiones celebrandam, tam in ijs, quæ  
ad electionem pertinent, quam in alijs in eadem tra-  
ctandis, & qui deberent petere.

Decretum est peti oportere benedictionem à Patre Vi-  
cario, cum latre Salmerone, & quod posset Idē Pa-  
ter secum ducere ad Pontificē quos præterea vellet. Vi-  
gesimo verò tertio die Iunij, idem Pater Vicarius cū  
prædicto Patre Salmerone eam petierunt, & ad ele-  
ctionem Præpositi, & ad alia, quæ in Congregatio-  
ne tractanda erant, iuxta nostras constitutiones, quam  
obtinuerunt, per benignē excepti à Summo Pontifice.  
Vigesimalecunda Iunij congregati denuò Patres de-  
creuerunt quæ sequuntur.

5 Propositum fuit, an aliqui ex professis, qui Rome  
versantur

versantur, adhibendi essent ad Congregationem generali: quandoquidem præter Assistentes, et Patrem Vicarium, nullus interesset adhuc nec electus esset, ut constitutiones iubent, ex singulis Provincijs eligi debere in Congregatione Provinciali. Responsum est communis consensu. Modo nihil innouandum, sed post Præpositi electionem agi posse ea de re.

- 6 Proposuit idem Pater Vicarius: An placaret suppliri omnes defectus, qui hactenus accidissent, tam in Congregationibus Provincialibus, quam alios quoscunq;. Decretum est ab omnibus eos esse supplendos, & sic actum est.
- 7 Proposuit etiam: An expectandi essent absentes. Decretum est non esse modo expectandos ad Congregationes præcedentes electionem, sed cum absentes venirent, ut suus illis locus seruaretur: & ante quadruplex electionem denuo proponari posse de eis expectandis ad electionem.
- 8 Proposuit idem Pater de actis primæ Congregationis generalis ante electionem: An essent rata habenda: an potius essent aliqui deputandi, qui ea considerarent, & rebus inter se discussis, proponerent Congregationi, quæ viderentur ex illis ad presentem electionem facere, & quæ mererentur approbationem, quæ non. Decretum est, Omnia esse proponenda Congregationi ab aliquo, qui singularium redderet rationem, ut statui possit ab eadem Congregatione, quæ approbanda essent,

*effent, quæ non.*

9. *Propositum fuit, & diligenter discussum, an de rebus alijs agendum esset, quam de pertinentibus ad electionem, antequam eligeretur Praepositus Generalis. Et constitutum fuit de nulla re alia agendum esse ante electionem, quam de pertinentibus ad ipsam.*

10. *Propositum est: An uno die res proponi, & alio diffiniri deberent.*

*Statutum est uno die proponendas esse res digestas, et sequenti die sententias esse dicendas; & ubi maior informatio desideraretur in grauioribus rebus, eam à Vicario petendam esse, vel ab alijs etiam electoribus. Si autem postridie inter omnes non conueniret, deputandos esse diffinito res, vel compromissarios ad rem conficiendam. Sed illud Tò Inter omnes, in ijs quæ ante electionem tractanda proponuntur, intelligitur pro maiori parte suffragiorum, non ita post electionem. Tunc enim quando de constitutionibus, & grauioribus rebus est agendum, id fieri debere in rebus grauioribus: sicut etiā habetur in quarto decreto tituli primi prioris Congregationis post electionē: cuiusmodi sunt res, quæ ad electionē necessariò in Congregatione tractāda veniunt. Si quæ alia proponerentur, tractanda illa esse pro arbitrio Patris Vicarij aut eodem, aut alio die.*

11. *Quæsum est, An Procuratores effent admittendi in Congregationē ante electionē. Et unanimi consensu responsum est, nō esse admittendos, sed sòlos electores.*

*Cum*

- <sup>12.</sup> Cum examinari coepissent quædam capita ex octaua parte constitutionum, quæ pertinent ad electionem in tertio capite, ubi dicitur iuxta finem, quod pars illa in quam Præpositus Generalis inclinabit, vel eius Vicarius, paribus alijs suffragijs esset præferenda. Constitutum est, Vicarium solum habere qualitatem præcedendi cæteris paribus, tam suffragijs, quam qualitatibus, quodque nulla sufficiat qualitas suffragiorum ad electionem præpositi, sed numero medietatem omnium suffragiorum excede oportere.
- <sup>13.</sup> Super illud tertij capitis octauæ partis. Quod Provinciales conuocadi sint cum alijs duobus professis. Statutum est, omnes officiales, Vicario jubesse debere.
- <sup>14.</sup> Quæsitum est, quæ ratio informationis esset tenenda ad electionem Præpositi Generalis.  
Et proposita fuit formula quæ sequitur.

DE RATIONE INFORMATIONIS  
ad electionem Prepositi Generalis.

Videndum est, qui debeant informationem petere, à quibus ea peti, de quibus personis, de quibus rebus, quomodo peti debeat, postremo quomodo petenti respondendum sit.

Q VI D E B E A N T P E T E R E.

Omnis electores, nemine excepto, informationē petēt.

A Q V I B V S P E T I D E B E A T.

Ab ijs solis, qui ad Congregationem vocati sunt, siue  
E i y      sint

sint electores sive procuratores, & in quatriduo duntur taxat, ita tamen, ut procuratores, à quibus peteretur, teneantur eandem legem subire ratione informationis, quam electores.

De qua lege, & informandi modo, qui petent ab aliis quo extra numerum electorum informationem, prius ipsum monere debeant, ut sciant ad quid teneantur. Placuit autem, ut ante quatriduum, quod præcedit diem electionis nulla peteretur informatione.

#### DE QVIBVS PERSONIS PETI DEBEAT.

De quibus venit in mentem unicuique, quod possent esse idonei ad munus Præpositi Generalis, sive absentes, sive præsentes sint, inter professos tamen quatuor votorum.

#### DE QVIBVS REBUS PETI DEBEAT.

In genere loquendo ijs de rebus ex quibus iudicari potest, quod aliquis sit idoneus ad munus Præpositi obeundum, vel contra: iuxta constitutiones, & præcipue secundum caput nonæ partis: sed & habenda est ratio eorum quæ in secundo, et tertio capite examinis, et primis tribus capitibus primæ partis dicuntur: ex his enim interrogatorum ad informationē confici potest; nemo tamen arctandus videtur, quin interrogare possit alia, quæ interroganda præterea iudicauerit.

Peti etiam poterit ab eo, qui reddit informationē, An quid aliud habeat dicendum de persona de qua interro-

gatur,

gatur, et an de alia sentiat capienda informationē, et  
an ab alio quopiam aliqua in re clariorē, aut certio-  
rem informationem habere posſit inter eos, à quibus  
peti debeat informatio.

## QVOMODO PETI DEBEAT

Informatio.

*N*on petat, *A*n hic, vel ille aptus videatur ad hoc mis-  
sus, nec ne; sed de rebus illis, ex quibus iudicari pos-  
sit, an sit idoneus, nec ne.

*E*ius intentio sit pura ab affectibus humanis, etiam na-  
turalibus, ne dum virtutis, & tantum gloriam Dei,  
& meliorem Societatis gubernationem, (quæ ad com-  
mune animarum bonum ordinatur) præ oculis habeat:  
& non propriam utilitatem, quæ illi non consonat.

*N*ec solum ab omni ambitione pro se, & alijs sit liber,  
sed & diligenter obseruare debet, ne voluntatis pro-  
pensionem ad hunc, vel illum excludendum, vel admis-  
tendum habeat, quoad eius fieri potest, donec post  
orationem, & informationem suo tempore, & loco sta-  
tuat quam sententiam sit dicturus: nec eā præferat.  
*C*um informationē aliquam de aliquo accipit, seruet al-  
terā aurē alijs, & cor Deo, memor quod cum iuramen-  
to est electurus, quem aptissimum duxerit.

*D*efectus, qui bona gubernationi aduersari possunt, et  
peti, & dici debent, omisssis alijs quæ ad bonam Præpo-  
siti electionem non faciunt.

*S*i quid tamen intellexerit, quod secretum teneri debeat

E iiij at cum

at cum alijs præterquam quod cū electoribus in informa-  
tione silentium teneat, memor caritatis, & in virtu-  
te sanctæ obedientiæ, in re tantum gravi, non in qualibet.  
Non existimet quisquam electorum se minus gratum  
futurum ei, cui non dederit suum suffragium, & de  
quo libere secundum conscientiam informauerit, quin  
potius eidem, & vniuersæ Societati, & Deo rem gra-  
tissimam se facturum sciat.

Post informationem, consideratio, & discussio necessa-  
ria est, & multo magis oratio, quæ illustrationem im-  
petret a Deo sapientiæ fonte, ad bene iudicandum, &  
eligidum eum, qui Deo maxime sit placitus, &  
in hac diuina gratia potius, quam in humana diligentia  
spem constitutat: meminerit tamen non solum voluntä-  
tem, sed iudicium cohibendum esse ab ultima definitio-  
ne (ut dictum fuit superius) donec in locum inclusio-  
nis ingrediatur.

QVO MODO RESPONDERE DEBEAT  
is, à quo petitur informatio.

Nemo obtrudat informationē non petenti, & qui ob-  
trusus est, deferatur; caueat et ipse affectus humanos,  
non solum ambitionis, sed et cuiusuis propensionis,  
quæ non ducatur ex intentione honoris Dei, commu-  
nis boni, & bona gubernationis Societatis, & ut di-  
ctum est de petente, sic de dante informationem intelli-  
gatur, ut quoad eius fieri poterit, neq; ad promotio-  
nem,

nem, neq; ad exclusionē ullius incumbat nec prop̄ sam  
ad id voluntatem ostendat, sed ut de re speculativa, vel  
omnino ad se non pertinente, quod sentit, pr̄cise conetur  
explicare.

Non solum mendacia sed amplificationes & exag-  
erationes relinquuntur, nihil temere, sed considerate,  
& mature, certa pro certis, opinata pro opinatis refre-  
rat, ut qui coram Deo agit, & rationem est redditu-  
rus eorum quae in sua informatione dixerit.

15 Super illud sexti capituli, partis octauae, quod sub  
poena excommunicationis latet sententiæ, quisq; teneat  
tur manifestare, si quem sciret affectasse hoc munus.  
Statutum est, addendum esse censuram hanc in eos,  
qui ambiunt pro alijs, & quod hæc censura se exten-  
dit ad informationem non sinceram, eam scilicet, qua  
studiose mendax est malacum intentione, & in re grā-  
ui. Demum ipso facto ambitiosos prose, vel pro ali-  
is in excommunicationem incidere decretum est.

16 Cum peteretur, An pr̄cipiendū esset ne de electione  
Præpositi quis quicquā certi definiat apud se ipsum  
vñq; ad locum, in quo includi debent. Decretum est,  
obseruari quidem debere constitutionem in hac parte di-  
ligenter, sed non esse addendum præceptum nouum in  
virtute sanctæ obedientiæ, satis fore, si res exag gerare  
tur, ut quæ magni sit momenti.

17 Si Vicarius ipse notaretur de ambitu decretum est,  
deferendū esse ad duos antiquissimos Professos, vel ad

E iiiij prouincialem

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani

www.fondolibrarioantico.it

Provincialē antiquissimum pro deferentis arbitrio.

<sup>18</sup> Vbi dicitur, eodē capite: Celebret aliquis missam de Spiritu sancto. Visū est ab ipso Vicario esse dicēdā, uel ab eo, quem elegerit: et quidem corā omnibus, et in aurora, & post eius cōmunionem statim electores cōmunicare debere: Missam autem in Ecclesia celebrandā esse, et ordinem in eundo ad eam, et communicando, & redeundo, et sedendo ad dicendam sententiam, uel suffra giū dandum, talem esse debere, ut primo loco sedeant primi professi, qui superstites sunt ex nominatis in bullā Societatis: secūdo, Prepositi Prouinciales, tertio, profes si quatuor votorū: In suis autem ordinib⁹, ut singuli effent priores, qui professionem prius emisissent: & in eundo, et redeundo ad ecclesiam, ut bini incederent: & ad campanæ domesticæ pulsum, (qua post communio nē omniū, usq; ad inclusionē in loco Cōgregationis sonabit) qui suffragium habent ad locū Congregationis se conferent, cruce præcedente, et Collegialibus interime canentibus, Veni creator spiritus, quæ hymnū submissa uoce oēs electores in ipso loco Congregationis dicent, et post inclusionē electorum idem Collegiales, uel in hor to, vel Ecclesia dicent letanias, & continuam orationem, quæ usq; ad electionem duraret, inchoarent.

<sup>19</sup> Quæsum est de loco electionis, & an lecti ibi parandi essent, & quis secundam concionem habiturus esset, de qua in eodem sexto capite agitur, & quis curam haberet includendi electores iuxta cōstitutiones.

Ad

*Ad primū, responsum est, locum illum aptū esse in quo plures ad Congregationē vocati sumerent cibum; Ad secundū, electos nō esse necessarios: Ad tertīū, Patrē Benedictū Palmiū habiturū esse secundā concionē latinā, quia ad id iā pridie fuerat electus: Ad quartū decre tum est, Patrē Emanuelē de Saā futurum inclusorem, cum quatuor alijs procuratoribus, ex varijs nationib us, pro arbitrio Patris Vicarij.*

20. *Decretum est; statim post inclusionem, tentandum esse scrutinium, sed si communis inspiratio præuenisset ordinem, acceptandam esse: modo adeo luculēta, & no toria esset, ne uno quidem dempto, ut nulla tergiuersatione negari posset, diuinam esse inspirationem.*

21. *Declarando locū illum in eodē illo sexto capite, quod ex his, quæ prius quisquam intellexit statuere debet, quē sit electurus, et in charta scribere nomē personæ ele ctæ, cōstitutū est: nouas informationes, quæ nullæ debet sumi in eo loco inclusionis, excludi debere: & ex præce dētibus cū gratia tā illustrationis diuinæ quā, discursus accepta à Deo et prius et eodē loco: electionē esse faciē dā Præpositi Generalis: qui inter absentes, et præsentes (professos tamē quatuor votorū) eligi posset: omnibus autē dandā esse formulā scriptā: quo citius se expediret ut nihil eis deesset scribendū, nisi nomē electi, & elige ris, et hoc manu propria: sed immutato (si cui videretur sibi faciendum) charactere manus propriæ, ne agnoscí possit a tribus illis, qui suffragia visuri, & lecturi erant*

erant, ita tamen scribi oportere nomen eligentis, ut lateret obsignatum, & non manifestandum nisi necessitas vigeret, iudicio Congregationis; post promulgatum autem decretum electionis, statim cōburenda esse suffragia.

22 Quæsum est, quorum opera uti deberet Vicarius ante quadriduum illud inclusionē præcedens ad res alias ad electionem ordinatas tractandas, & visum est, ut pro suo arbitratu veteretur opera eorum, quos aptos esse iudicaret, & vt assistens, & secretarius aliquo ex illis quatuor diebus ad plura suffragia, ex numero electorum eligerentur, & quidem prius secretarius, postea assistens, ut prius nominatur in constitutionibus, unde in sedendo, & in alijs ad Congregationem pertinentibus secretarium præcedere oportere: fuit autem postea in illo quadriduo ante diem electionis Præpositi in secretarium electus Pater Magister Ioannes de Polançò, in Assistentem Pater Alfonsum Salmeron Provincialis Regni Neapolitani.

23 Super illud eiusdem capitinis, Exurgens a sede vicarius protestatur &c. statutum est Vicarium, secretariū, & Assistentem iurare debere coram Deo, (vt quadrat singulis, secundum constitutiones) se sincere accepturos, & publicaturos suffragia, & tam protestationis huiusmodi quam absolutionis formula hæc est, videlicet. Testem inuoco Deum, cuius oculis omnia nuda sunt, me fideliter accepturum, & publicaturum suffragia, & quæ ad officium meum pertinent, sincera-

cum intentione me præstiturum, protestor etiam in diuinæ maiestatis conspectu, & vniuersæ Sicietatis, quam hic repræsentamus, me neminem admittere vel le qui non sit admittendus, nec excludere, qui non excludendus.

Et Auctoritate Dei omnipotentis mihi licet indignissimo, per sedem Apostolicam concessa absoluo vos, a quavis sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & quibusuis alijs sententij, censuris, poenis, & quantum sit opus dispenso vobiscum, super irregularitate quavis, dummodo sententias, censuras, et poenas, ac irregularitatem huiusmodi obfectus ad electionem hanc pertinentes non incurreritis, ad effectum legitimæ electionis: In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti Amen.

Absolutio autem, quā antiquissimus professus dat vicario, eiusdem tenoris erit cum ea, qua ipsæ alios absoluit.

<sup>24</sup> Super illud eiusdem sexti capituli, Ipsimet tres prædicti mutuo sua suffragia, alius ab alio petat, et iuret etc. Vixum fuit, hanc formulam tenendam esse, ut post prædictam protestationem, & absolutionem secretarius dicat Vicario: Pater Datuum suffragium in nomine Iesu. mox vicarius surgens flebit genua coram Crucifixo, & signans se Cruce, In nomine Patris, & Filij et Spiritus sancti, legat iuramentum a tergo schedule sue scriptum, manu admota pectori huius tenoris.

Testem inuoco Iesum Christum, qui est sapientia æternæ quod

na quod eum eligo, & nomino in Præpositum Generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum: deinde surgens, et duobus digitis clausum suffragium suum ostendens, in urnam mittat: & se rursum in clinans coram crucifice, redibit ad locum suum, et mox dicet duobus socijs suis, et ceteris: oes ordine sua ferant suffragia in nomine Iesu: & surget Secretarius, deinde assistentes, & reliqui ordine prius dicto, & sigillatim iuramentum facient: & sua suffragia ferent ad exemplum Vicarij. Quod autem iurent, omnes se eligere eum, quem sentiunt in Domino aptissimum ad hoc onus ferendum, ita declaratum est: quod si quis duos, vel plures patres omnino videret suo iudicio, integrum sit ei dare cui voluerit suffragium. Quod autem dicitur in manibus secretarij relinquenda esse suffragia: intelligendum est urnam fore in mensa, coram Secretario in qua suffragia iacienda sunt, & ex eadem urna, cum prius mixta fuerint, extrahantur a Secretario sigillatim: qui cum reverentia, & modestia extracta singula ostendet Patri Vicario. Ille autem uisa, & utrique socio ostensaleget publice, vel secretario legenda reddet, & in hac promulgatione electus tantum nominetur, obsignato manente nomine eligentis.

Post singulorum suffragiorum publicationem conferetur numerus (si plures nominati fuerint) & qui plus quam medium partem omnium habuerit Generalis Præpositus erit, & Vicarius, si ipse electus non fuerit si-

gnificet

gnificet publice plura esse medietate suffragia eius, qui  
eligitur, & postmodum formet Decretum in hanc for-  
mam. Cum in plena, & legitima Congregatione,  
collato numero omnium suffragiorum, plusquam media pars  
omnium, Reuerendum Patrem. N. nominauerit, &  
elegerit, Ego. N. auctoritate Sedis Apostolicae, & uni-  
uersae Societatis, eligo prædictum Reuerendum Patrem. N.  
in Praepositum Generali Societatis Iesu, In nomine Pat-  
ris, & Filij, & Spiritus sancti amen. Romæ &c.  
Si Vicarius ipse electus esset, statutum est, ut significa-  
ret, & formaret eius loco decretum antiquissimus ex  
professis electoribus: & ut scriberetur decretum à se  
cretario, & subscriberetur ab eo qui format illud, &  
sigillo Societatis obsignaretur: & statim omnes  
ad reuerentiam ei exhibendam accedant, incipiente  
Vicario, cum assistentibus, nisi aliquis ex ipsis electus  
esset: Postremo ad Ecclesiā omnes se conferent, dicenti  
bus Collegij cantoribus Psalmū, Benedictus Dominus  
Deus, inter eundum, & in ipsa Ecclesia, Te Deū lau-  
damus. Et unus sacerdos de choro dicet tres ora-  
tiones, primā de Trinitate, secundam in gratiarum actionem,  
tertiam de Die: & usque ad egressum de Ec-  
clesia Praepositus non admittat oscula manuum ab alijs,  
quam ab electoribus, ut dictum est.

25 Super illud, Si non fuerit, qui amplius quam medie-  
tate suffragiorum habeat, datur ratio cōpromissionis. Pe-  
titū fuit, Ant tantum unum scrutiniū ante cōpromissionē

tentandū esset. Et visum fuit Congregationi, secundū scrutinium ante cōpromissionem tentandum esse inter omnes, qui habuerint suffragium aliquod ad officium Præpositi, et, si ne tunc quidem crearetur Præpositus: eodem modo tertium scrutinium tentandum esse: si ne tunc quidem Præpositus egredetur, quinq; electores ad plura suffragia eligendos esse, & ad quē maior eorum pars inclinaret, illum fore Præpositum, et cetera, ut supra, facienda esse.

Ad hos electores eligendos dandā esse unam horā, si media non sufficeret, & seruandam esse formulā scribendi, iurandi, & publicandi electores similē illi, quae ad Generalem eligendū data est, si acciderit duos unius, & totidem alteri suum dare suffragium, tunc decidetur à Congregatione quid erit agendum. Constitutum fuit, etiam ut inter eos eligerent huiusmodi compromissarij Præpositum Generalem, qui aliqua suffragia habuissent sepositis illis, qui ad ea tria non pertigissent (nisi huiusmodi plures essent quā duo) & si qua difficultas orietur, tunc à Congregatione statui oportere, quid sit agendum. Si duo, vel tres eminenter plura suffragia haberent, quamācīq; visum est conuenire, ut illi nec actuam, nec passiuam vocem ad electionem compromissariorum haberent.

26. Fuit etiam statutum ut quatriduo ante electionem professi non egredierentur Domum sine licentia Patris Vicarij (cui liberū esset egredi, si quādo opus essē iudicā-

ret)

ret) ut orationibus, missis quotidie dicendis, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus, & informationibus etiam vacarent, illos autem quatuor dies a Vigilia Sancti Petri, vigesima octava Iunij 1565, inchoandos esse statutum est, ut dies electionis esset secunda Iulij, ipso scilicet festo visitationis prout in precedente electione fuerat. Et consequenter visum est Congregationi, non esse expectandos absentes (nam ante id tempus Pater Euerardus Provincialis inferioris Germaniae expectabatur, nec de Provinciali Batice, cum suis socijs spes certa erat, quod ad electionem venturi essent) sed si accidisset, ut, incepto quatriduo, alii qui venirent, tunc deliberaret Congregatio, an suffragium essent habituri. De partitione autem ieiuniorum, disciplinarum et orationum placuit omnibus, ut Pater Vicarius illam pro suo arbitratu ficeret.

27 Petrum fuit cui reseruanda esset excommunicatio late sententia & superius dicta: & statuit Congregatio, ut reseruaretur Patri Vicario, si ante electionem absolu se petat, qui in eam incidisset: si post electionem peteret, Patri Generali reseruanda erit. Hactenus de actis ante electionem.

Ordinavit autem Pater Vicarius circa illud tempus electionis, ut missæ nostrorum, & orationes ad effectū bonæ electionis applicarentur, et præcipue in Urbe. Et primo illorum quatuor dierum qui præcedunt diem electionis, idem Pater Vicarius omnes electores si-

mul allocutus est, hortatusq; ad electionem sincere ad gloriam Dei, & commune bonum Societatis transfigendam: & inde illud quatriduum inchoandum, quo se omnibus modis ad Sancti Spiritus gratiam obtinendam disponerent, & cogitarent, quis esset maximè idoneus ad officium Præpositi, & informationem caperent &c.

Vixum est autem Congregationi, quod hæc Viginti-septem Decreta possunt habere singuli Rectores atq; etiam Prouinciales: ut suæ Prouincie electoribus comunicarent: tenerenturq; singuli habere, saltem quæ ad informationem, & electionem faciunt, ad quam ut finem, hæc acta diriguntur.

Formulam autem informandi, quæ proponenda essem illis extra electorum numerum, à quibus petetur informatio, iussus est confidere secreta-  
rius: quæ postea ab ipsa Congregati-  
one videretur, cum Secre-  
tarius, & assistens es-  
set eligendus.

ACTA SECUNDÆ CON-  
GREGATIONIS GENERA-  
lis, post electionem Præpositi,  
quæ cœpta est tertia die  
Iulii Anno M.D.LXV.

PRIMVM DECRETVM.

**D**ie tertia Iulij Congregatio post electionem cœpta est, & initio declarauit Reuerendus Pater Præpositus Generalis, quod elegisset in Secretariū Patrē Ioāne de Polanco: unde eo munere fungi cœpit, & in primis proposuit idem Pater Præpositus de admittendis ad Congregationem Procuratoribus, & decretum est, admittendos esse, tam eos, de quibus nulla erat dubitatio, quod legitime vocati accessissent, quam eos, de quibus dubitabatur; & suppleuit Congregatio quosvis defectus, qui in horum electione accidissent; placuit autem, ut sequenti actione ageretur quid in posterum factō opus esset. Interim vocati sunt Procuratores sequentes scilicet Pater Ioānes de Victoria Procurator Generalis, & Romanus, Pater Carolus Pharaō Procurator Siciliae, Pater Franciscus Enriquez procurator Portugalliae, Pater D. Ignatius procurator Indiae, & Brasiliæ, Pater Didacus Carillo Procurator Prouintiæ Toletanae, Pater Iacobus Xuarex, &

Ludouicus de Medina Procuratores Castellæ, Pater  
 Joannes Gurrea Procurator Longobardiae, Pater Ru-  
 bies Procurator Aragoniae, Pater Ruiz Procurator  
 Bæticæ, Pater Franciscus Sunier Procurator Au-  
 striæ, Pater Claudius Matthæus Procurator Aqui-  
 taniæ: Et constitutum est, ut federent suis locis, &  
 interfuerunt Congregationi.

<sup>2</sup> Detribus Assistentibus, qui iam suo officio defun-  
 cti fuerant ipsa in electione Præpositi Generalis, actu  
 fuit, An cum suffragio interesse deberent Congrega-  
 tioni, & eos quidem interesse debere decreatum est: sed  
 quid in posterum de Assistentibus, qui expirant sit  
 sentiendum, & an essent statim eligendi noui Assisten-  
 tes, & Admonitor Generalis, et aliqui, ad quos refer-  
 rent singuli ea, quæ proponenda Congregationi vide-  
 rentur, & cum qua auctoritate, in diem sequentem tra-  
 ctatio reiecta est.

<sup>3</sup> Actum fuit de Procuratoribus, An in posterum  
 ex singulis Prouincijs venire deberent, & si venirent,  
 An duo possent venire electi à Congregatione Prouin-  
 ciali, vel adducti à Præposito Prouinciali: et res est diu  
 multuq; disputata, non tamen eo die satis constituta. Vn  
 de sequenti die scilicet quinta Iulij denovo proposita fuerunt  
 varia suffragia ea de re, & quod sequitur, est consti-  
 tutum. Constitutiones circa huiusmodi Procura-  
 tores, qui preter duos electos cum Prouinciali ad eli-  
 gendum Generalem Præpositum mittuntur à Congre-  
 gatione

gatione Prouinciali, vel adducuntur à Præposito Pro-  
vinciali, seruandas esse: sed Congregatio sic eas inter-  
pretata est, vt cum tantum ad electionem vocatur So-  
cetas, terti veniant ex singulis Prouincijs. scilicet Prouin-  
cialis, cum duobus electis: nec nulli Procuratores sunt  
adducendi, qui suffragium habeant: quod si Præposi-  
tus Generalis, qui cogit Congregationem, vel Vicari-  
us Generalis, indicat aliquos esse adducendos ad nego-  
cia grauia, post electionem tractanda, cum id signifi-  
cauerit Prouincialibus, tunc unus, vel duo possunt ex  
singulis Prouincijs, vel à Congregatione Provinciali,  
vel ab ipsis Præpositis Prouincialibus electi venire: et  
quidem cum suffragio actiuo, & passiuo, iuxta Consi-  
tutiones, si vel coadiutores spirituales formati, vel  
Professi trium, aut quatuor votorū fuerint, non aliter.

4. Agi coepsum fuerat præcedenti die, An in posterum, qui fuerint Assistentes, quorumque officium per  
electionem noui Præpositi Generalis expirauerit, inter-  
esse debeat Congregationi Generali, quæ post electio-  
nem ad alia negotia grauia tractanda celebratur: &  
decreatum est, vt auctoritate ab hac Congregatione da-  
ta, intersint in posterum cum suffragio generalibus  
Congregationibus, siue Romana constituantur Prouin-  
cialia, siue non constituantur, siue noui eligantur assistentes,  
siue non elegantur. Deinde actum est, an Assisten-  
tes statim eligi deberent, et Admonitor Præpositi Ge-  
neralis, an potius id differri in finem Congregationis

oporteret, & hoc ipso die diffinitum est, vsq; ad diem festum beati Iacobi, differendum id esse, & quatriduo ante, informationes esse capiendas (secretas tamen) ut tunc saltem hac de re statueretur.

5 Tropossum fuerat, An aliqui essent deputandi, ad quos singuli ea referrent, (quod ad negotia prouinciarum attinet) quæ Congregationi proponenda viderentur, & cum qua auctoritate: constitutum est autem, vt quinq; eligerentur ex Prouincialium numero, qui varijs nationibus præsunt, cū ea facultate, vt unū contextū ex varijs, quæ suggesterunt facerent, ordine cōuenienti: & si quid videretur non pertinere ad Congregationē, sed potius ad Generalem Præpositū, admoneret proponentē, cui si persuasum nō esset, vt desisteret, liceret ei Congregationi proponere, quod vellet: ipsa vero vel reijceret ad Præpositum Generalem, vel de eo decerneret.

6 Quinq; deputati dicti in decreto præcedēti per scrinium, scriptis suffragijs electi fuerunt, scilicet Pater Alfonsus Salmeron, Prouincialis Neapolitanus, Pater Iacobus Miron Prouincialis Portugallie, Pater Petrus Canisius Prouincialis Germaniae superioris, Pater Ioannes Xuarez Prouincialis Castellæ, Pater Edmundus Augerius Prouincialis Aquitanie, versusimul cum Præposito Generali id agerent, quod præcedenti decreto continetur.

7 Statutū fuit eodē die, septē esse eligendos, ad quos referre cū difficultates, quæ circa constitutiones, vel institutionis

tutionis Societatis bullas occurreret, ut conarentur eas diluere, vel, si proponenti aliter non satisficeret, ut eas proponeret Congregationi per se ipsos, vel per eundem, qui proposi peteret convenienti modo, et ordine ad id declarato. Et electi fuerunt per scrutinium, Pater Hieronymus Natalis, Pater Michael Torres, Pater Christophorus Madridius, Pater Benedictus Palmius, Pater Euerardus Mercurianus, cum Patre Ioanne de Polanco: et quia Septenarij ad numerum implendum paria præter hos habuerunt suffragia, Pater Antonius Vinch provincialis Rheni, & Pater Antonius Cordes provincialis Aragonie, decretum est, ut eterque deputaretur, & ita octo deputati fuerunt: his autem octo statim commissum est, ut interpretarentur constitutiones, quod attinet ad electionem unius, vel duorum, qui venire possunt cum suffragio, ex singulis Provincijs, ad negotia tractanda in generali Congregatione (præter tres qui ad electionem Generalis veniunt) an scilicet possent eligi à Congregatione provinciali, an tatum ab ipso Praeposito Provinciali, ut aliqui se sentire significabant.

3. Propositum fuit, An deputandi essent aliqui, qui officium Vicary, non satis in constitutionibus expressum, conferret, et Congregationi referret: et ite alijs, qui in unum corpus redigerent acta precedetia Generalis electione, in priori, et posteriori Congregatione, ita, ut cuius liceat in mediū adducere, si quid habet contra illa: et statuat Congregatio generalis, an confirmari debeat, nec ne postquam oës audie-

F iij rit:

rit: omnibus aut̄ placut utraq; deputatio, et demādata  
est Patri Præposito Generali cura deputandi eos, qui  
ei in Domino deputandi viderentur; ipse vero, præsen-  
te Congregatione, deputauit ad Vicary officium confi-  
ciendum quinq; Patres, scilicet Patrem Nicolaum Bo-  
badillam, Patrem Nicolaum Lanoyum, Patrē Hie-  
ronymū Domenech, Patrē Petru de Ribadeneyra, Pa-  
tre Ioannem de Valderanano. Et ad concinnanda acta  
ante electionem, & de eis referendū totidem designa-  
uit. s. Patrem Christophorum Rodriguez, Patrē Gui-  
donem Roilletum, Patrē Emanuelem Lopez, Patrem  
Martini Gutiérrez, Patrē Franciscum Enriquez: et  
utriq; ibidem declarati sunt.

Propositorum etiam fuit de eisdem, vel alijs designan-  
dis, ut viderent si quid esset in actis Congregationis  
primæ Generalis, post electionem celebratæ, quod nō  
ab hac deberet confirmari. Et quia in Concilio Tridentino  
sunt quædam, quæ videntur nostris Constitutionib;  
aliquo modo aduersari, petitum fuit, ut de-  
signarentur, etiam aliqui, qui adnotarent, et expende-  
rent, ac Congregationi proponerent ea: ut consideraret  
num remedio, vel declaratione aliqua opusesset.

Placuit etiam Congregationi utrorumq; deputatio,  
& commissa est Patri Generali, qui designauit ad  
expendenda acta post electionem, & referendum de  
eis septem sequentes, scilicet Patrem Alfonsum Ro-  
man, Patrem Gasparem Loartium, Patrem Franci-  
scum

scum Adornum, Patrem Pontium Cogordanum, Patrem Paulum Offeum, Patrem Ioannem Victoriam, Patrem Ignatium de Azzebedo. Ad expendenda acta cœili, designauit septem alios: scilicet Patrem Alfonsum Salmeronem, Patrem Petrum Canisium, Patrem Hieronymum Natalem, Patrem Michaelem Gouiernum, Patrem Bartholomeum Hernandez, Patrem Ludouicum a Condreto, Patrem Marcum Georgium, & utriq; in eadem Congregatione publicati fuerunt.

9 Cum metio facta fuisset de difficultatibus, quæ circa cœstitutiones occurrebāt. Placuit omnibus cōmuni consensu, ut nihil ad substantia lla instituti nostri pertinēs posset immutari: vt in secundo decreto titulo secundo de cœstitutionibus in præcedēti Cœgregatione fuerat cœstitutū.

10 Cum Propositum fuisset, & in præcedenti actione agitatum, An maior pars omnium suffragiorum, idest, quæ medietatem excederet, necessaria censenda esset ad aliquid constituendum, an satis esset ad plura suffragia decernere de ijs, quæ proponerentur, si non essent grauiſſima: ut quæ pertinent ad constitutiones, & ipsum institutum Societatis, vel ad dissolutionem admisorum Collegiorum: die nona July omnium fere consensu diffinitum est, satis fore, ad quiduis, etiam ex gravioribus decernendum, plusquam medium partem eorum, qui legitime congregati sunt in generali Congregatione: dummodo non agatur de ijs, quæ pertinent ad substantiam nostri instituti. De rebus minus gravibus

F iiiij ad plura

*ad plura suffragia diffinire posse Congregationem.*

i. *Propositum fuit, An multiplicatas Collegiorum, per aliquod tempus moderanda esset, & an quædam non satis bene constituta, essent dissoluenda, nisi post certum tempus bene fundarentur, iuxta constitutiones; & an, manentibus Collegijs quibusdam, scholæ saltem essent auferendæ, & cum res per triduum disputata esset, patribus diligenter suas sententias dicentibus, duodecima die Iulij, sic res constituta est. In primis placuit, in posterum moderationem adhiberi, & plurimis, maximiq; momenti rationibus in medium aductis; rogarerunt Reuerendum Patrem Generalem Præpositum, & serio commendauerunt, ut potius applicaret annum, ad roboranda, & ad perfectionem adducenda Collegia iam admissa, quam ad noua admittenda, & si quæ admittenda existimaret ex ijs, quæ offerrentur eiusmodi essent, & eis in locis, & cum talibus circumstantijs, ut ad commune bonum Ecclesiæ Dei, magnum momentum habitura videantur: & quo ad eius fieri possit, ita dotata, vel eam rerum vita necessariarum commoditatatem habentia, ut non tantum operarij sustentari possint, sed et is etiam numerus scholasticorum, qui pro Seminario sit eidem Collegio futurus, ut ex eo operarij prodire possint ad id conseruandum: nec admittatur (licet hæc omnia suppeterent) si non haberet Societas Rectores, ac Magistros, & demum operarios in vita, ac doctrina idoneos, ut huic munere*

neri posse satisfacere, auditis Assistentium sententijs, iudicaret, & quidem sine aliorum Collegiorum detimento. Quod attinet ad Collegia non bene constituta, vel scholas in eis dissoluendas, usum est maiori parti Congregationis, audiendos esse eos, qui sentirent, vel dubitarent, aliquod tale Collegium, vel scholam dissolui debere, ut expensis eorum rationibus (quaes in scriptis dari deberent) Congregatio de singulis seorsum statueret, quid factio opus esset.

12 Lecta fuit eodem die epistola Reuerendissimi, et Illustriissimi Cardinalis Sarzanensis, et exposita postulatio Reuerendissimorum Episcoporum Vicentini, et Bellicastri, ac Reuerendissimi Domini Iulij Sauli Clerici Cameræ Apostolice, ac communitatis Matricis prope Brutios, a quibus Collegia nostræ Societatis expetebatur, et Congregatio nullum ex eis esse admittendum censuit.

13 Propositum fuit, & discussum die decima tertia, & decimaquarta huius mensis, an deberet fieri saltem unum Seminarium Societatis perfectum in qualibet Provincia ad formandos professores, & alios, qui in Christi vinea idonei operari futuri essent, in humanioribus litteris, Philosophia, & Theologia, ut postea toti Provinciae sufficerent: fuit autem constitutum Seminaria predicta curanda esse, ubi, & quando commode fieri poterunt in quauis Provincia; sed ubi nostri docendi munus obituri sunt, ut paulatim non prepropere huic negocio promonendo darent operam.

De rsi

14<sup>o</sup> De usu potestatis Provincialium in suis provincijs, fuit actum, & decretum, ut iuxta constitutiones nostras, & rationis dictamen videatur, ac declaretur a Patre Generali, quæ sit ordinaria omnibus Provincialibus, ex aequo conferenda, quæ autem extraordinaria, & pro ratione loci, temporis, & personarum, huic potius, quam illi communicanda potestas: ut priorem illam omnibus, posteriorem hanc yis conferat Praepositus Generalis, quibus ad bonam gubernationē in hac, vel illa provincia, conuenientem fore iudicauerit.

15 Quæsum fuit, An expediret Commissarios non fieri, nisi ex necessitate, & ad tempus, & ut visitandi munere, tantum fungerentur: & decrevit Congregatio, Commissarios, qui ad visitandas Provincias tertio, vel quarto quoq; Anno, vel quando Praeposito Generali videbitur, & cum qua auctoritate, & iurisdictione videbitur, mittendos esse: De alijs, qui continuum, & quasi ordinarium officium haberent in Provincijs remotis, censuit Congregatio (re bis consultata) non esse illos in posterum constituendos: iuxta quod in duodecimo decreto Prioris Congregationis Generalis, titulo sexto, diffinitum fuerat; sed cum necessitas, vel utilitas magni momenti, hoc officium iudicio Praepositi Generalis requireret, pro re nata posse huiusmodi Commissarios ab eo institui, quia, cum satisfactum erit cause, propter quam instituti fuerant, pro eiusdem Generalis arbitrio, eodem officio defungantur.

*propositum*

16 Propositum, et tractatum fuit aliquot diebus, quid censendum, ac statuendum esset de frequenti mutatione personarum Societatis, ab uno in alium locum: & quæ ratio habenda esset pragmaticarum, sanctionumq; regiarum in hac parte: & decima octava Iulij constitutum fuit, suam legitimam potestatē ad mutationes personarum constare debere Præposito Generali: cui Constitutiones eam tribuunt: siue ab uno in alium locū eiusdem Prouincia, siue diuersæ, mutari conueniat: & etiā Prouincialibus intra suas Prouincias, cum sèpe mutationes huiusmodi non utiles tantū ipsis, qui mutantur, vel communi bono, sed necessariae etiam prorsus existimentur: curandum esse tamen per superiorum prudentiam, ut non sine causa alicuius momenti, nec cum detrimento eorum, à quibus aliqui remouentur, tales mutationes fiant: edicta vero regia hac in re seruanda esse, & alioqui Principum habendam esse rationem, ne offendantur: & si id timeretur, eorum consensum, & satisfactionem esse ad mutationes eiusmodi procurandā.

17 Cum Illusterrimi Domini Francisci de Toledo litteræ, ac postulatio proponeretur de Collegio in oppido de Oropesa, cum quibusdam conditionibus admittendo: quod Hospitalis infirmorum, & Domus puerorum in doctrina, & vita Christiana instituendorum curam esset habiturum: quam hactenus tres ex nostris, in gratiâ Illusterrimi comitis de Oropesa, de Societate nostra optime meriti, aliquo modo, præter instituti nostri ratio-

nem

nem exercuerant. Placuit Congregationi, ut huiusmodi Collegium non admitteretur; cum enim Societatis nostræ clarissima illa Domus peculiare gerat patrocinium, gratum eidem fore credebatur, si nostri instituti memores, quod ei non consonat, recusaremus.

<sup>18</sup> Cum Propositorum fuissest, An deputationi iam factæ quinq. Prouincialium in septimo decreto præcedenti, tres alijs iuxta Prepositi Generalis arbitrium eßet adiungi qui simul eum illis formarent decreta ad gubernationem pertinentia (si quæ talia essent formata) & Congregationi referrent: Placuit Congregationi eos adiici, ita Pater Hieronymus Natalis, Pater Michael Torres, Pater Benedictus Palmius ad quinque; iam nominatos additi fuerunt.

<sup>19</sup> Propositorum fuerat, & consideratum aliquot diebus, An expediret in quavis Prouincia Domum aliquam probationis institui, vel coniunctam Collegio, (in distincta tamen habitatione) vel separatam, in qua Novitij biennio suo exercecerentur, quo tempore non modo non adiungi essent ad vota simplicia emittenda, sed ne admittendi quidem ad ea renouanda cum alijs, licet sponte emisissent, iuxta constitutiones nostras. Placuit autem Congregationi, ut curaretur huiusmodi Deimos in singulis Prouincijs institui, quam cito fieri commode possent: ut q; biennio, & bene probarentur Novitij nō litterarum, sed mortificationis, ac profectus spiritualis studio vacando: in secundo tamen anno pos-

fit à

fit à Prouincialibus, ex commissione Generalis, circa studium dispensari, habita ratione personarum, locorum, & temporum, pro ut in domino expedire iudicabitur: visum est autem non modo Nouitios ad vota emittenda non instigandos esse hoc biennio, sed si spon te emitterent, vt non simul cum alijs, qui biennium ex pleuerunt, ad ea renouanda admittantur, sed seorsum id facerent.

De ætate admittendorum ad probationem dubitatum fuit à quibusdam, & propositum, sed visum est Congregationi, nullum decretum ea de refaciendum esse, sed constitutiones esse seruandas.

<sup>20</sup> Cum de pecunijs ex aliqua Prouincia, vel Regno extrahendis ageret Reuerendus Pater Præpositus Generalis, et ad maiorem edificationem principum fore diceret, si edicta regia hac in parte seruarentur; approbavit Congregatio generalis eius sententiam, & statutit circa extractionem pecuniarum, edicta huiusmodi obseruanda esse.

Vigesima Iulij Pater Ioānes Plaza Prouincialis Baetica, & Pater Bartholomeus Bustamante, & Pater Baptista eius socij in Congregationem sunt admissi, et suis locis sententias dicere coeperunt.

<sup>21</sup> Cum in ratione scribendi, quæ indeclarationibus ultimis, primi capituli octauæ partis, litteris L. M. N. continetur, licet initio Societatis per utilis fuerit, nunc grauissimæ difficultates inueniantur,

Propositum

*Propositum fuit, an mutari eam oppoteret, & formam aliquam confici, quæ Societati pro statu præsenti conuenire censeretur; & re discussa, vñsum est, quædam esse in prædicta ratione scribendi, quæ modo non bene possint obseruari: unde remedium esse per aliquā immutationem constitutionum in ea parte adhibendū: & placuit designari tres, vel quatuor, vel quinq; pro arbitrio Patris Præpositi Generalis (cui diligendi eos cura data est) qui formulam aliquam scribendi conficerent: & Congregationi proponerent, ut ea decerne ret, quid esset agendum. Ipse autem Pater Genera lis elegit tres iatres assistētes, scilicet Parrē Jacobū Mironum, Patrē Euerardum Mercurianum, Datrē Benedictum Palmium, cum Patre Christophoro Madridio, ac Patre Ioanne Polanco Secretario, qui eam confecerunt.*

*22 Cum de cantu Missæ, & Vesperarum inducendo in ea loca, in quibus non dum admissus est, ageretur, tandem Congregationi placuit, ut iuxta constitutiones, & decreta præteritæ Congregationis; & habitaria tione finis, quem ipse constitutiones intendunt, posset Præpositus illum inducere, prout expedire in Domini no iudicabit in hunc, vel illum locum. Vbi autem in ductus esset cantus tam missæ, quam vesperarū, si imtilis ad finem nostri instituti, & proximorum ædificationem videretur, vel deessent, qui bene id munus præstare possent, commissum est Patri Præposito Generali, ut*

li, ut eum valeat revocare, ac prohibere, si ita ei vi-  
sum fuerit conuenire.

<sup>23</sup> Propositum fuit, An Seminaria Episcoporum, de  
quibus in Concilio Tridentino est actum, admittenda  
à Societate nostra viderentur, si eorum gubernatio-  
nem nostris committere ipsi Episcopi vellent: & re-  
tis agitata, constituit Congregatio non admittenda vi-  
deri; si tamen fundatio perpetua, & insignis huiusmo-  
di Seminariorum ita fieret, ut simul etia coniunctum  
Collegium nostrum valde promoueretur, & abunda-  
ret Societas operarijs idoneis, & libera eidem Socie-  
tati gubernatio committeretur: placuit admitti posse,  
ex dispensatione Praepositi Generalis, & non aliter:  
sed si quando admitteretur tale munus, constituit Con-  
gregatio, ut ne præceptores huiusmodi Seminarij da-  
rentur separati ab ijs, qui in scholis nostris pro Societa-  
tis nostræ instituto prælegunt.

<sup>24</sup> Cum ageretur à Reuerendo Patre Praeposito de Co-  
gregacione Generali, An certis, & statis temporibus  
esset cogenda, visum est Congregationi, eius sententiam  
sequi, quæ, septimo quoq; anno, eam celebrandam esse  
tenuit: hoc addito, quod si maior pars Provincialium  
in septimo anno indicaret res graues non esse, quæ tra-  
ctari in Congregatione debeant, differri possit in bienn-  
ium, ita ut nono quoq; anno ad summum, celebrari  
debeat. Sed intercessum est, & intercessio obtinuit,  
ne nullum certum tempus prescribatur, sed tertio quoq;

anno,

anno, veniant simul ex omnibus Provincijs Procuratores, qui Professi quatuor votorum, & viri maxime idonei sint à Congregatione Provinciali electi, & habent ius suffragij, simul cum Assistentibus, & ipso Patre Generali (qui duo suffragia, & qualitatem praecedendi habebit) ad decernendum an cogi debeat Congregatio generalis, nec ne.

2. Cum Propositum fuisse, quod ad Assistentes attinet, an ex quatuor nationibus eligi eos oporteret, ex Italia scilicet, & Sicilia unum: ex Gallia, & Germania alterum: ex Hispania & provincijs tertium: ex Portugallia, & India quartum, visum est tandem, Assistentes idoneos, & ijs dotibus praeditos, quas constitutiones requirunt, eligendos esse, & quidem ex quatuor nationibus in quantum fieri posset, iuxta viuis-  
cuiusq; conscientiam.

De loco autem dicendæ sententia, placuit Congregatio, ut antiqui Assistentes, etiam si suo munere iam defuncti essent, per electionem noui Praepositi, inter Provinciales haberent locum, secundum ordinem, & tempus suæ Professionis; noui vero Assistentes, qui creandi essent, si iam in Congregatione essent, ut in suis manerent locis, pro eius Congregationis tempore in qua crearentur: statim tamen sua potestate, & munere fungi inciperent in ijs, quæ iuxta constitutiones, eis legitime conueniunt, circa Patrem Praepositorum: nam quod ad Congregationem ipsam attinet, nihil eos, nisi suum suffragium,

suffragium, (*ut ceteros*) habere.

Quia vero die *vigesima quinta*, Beato Iacobo sacra  
creari debuerant, iuxta predictum decretum: res dila-  
ta est, *usq ad diem vigesimum octauum*, *ut infor-*  
*mationi tempus suppeteret.*

26. *Propositum fuit Congregationi, quod Civitas Val-*  
*lentina, & alijs magna auctoritatis viri offerebant*  
*Vniuersitatem suam in Hispania satis celebrem* So-  
*cietati nostrae, ut cum quibusdam conditionibus eius*  
*curā in se susciperet, & fere triū milliū aureorū, annū*  
*redditum, ad nostrorum expensas applicandum cura-*bant: sed quamvis eorum deuotioni, & in Societatem**  
*nostram benevolentiae gratiæ habendæ viderentur: id*  
*tamen onus minime subeundum esse, cum talibus præ-*sertim conditionibus, visum, & ita, non esse admittendum**  
*decretum est.*

27. *De Admonitore Præpositi Generalis, actum est*  
*in Congregatione, an necessario esse deberet professus*  
*quatuor votorum, & an eius electioni interesse debe-*rent Procuratores Prouinciarum, & placuit fieri ea**  
*de re decretū, ut scilicet eligeretur ex professis quatuor*  
*votorū, & eius electioni Procuratores interessent.*

*Die ergo vigesima octaua Iulij mane, cum ad plura*  
*mediata suffragia, per scrutinium, eligēdos esse Assi-*stentes, decretum esset; in primo pro Hispaniæ Prouin-**  
*cij elektus est Pater Antonius Araoz, qui in illis*  
*Commissarius fuerat: In secundo seorsum, pro Italiae,*

G

& Siciliæ

¶ Siciliæ Provincijs, Pater Benedictus Palmius,  
 Longobardiaæ Provincialis. In tertio, Pater Euerardus Mercurianus, inferioris Germaniæ Provincialis,  
 pro Galliæ, ¶ Germaniæ Provincijs: demum pro  
 Portugallia, et Indiarū, ac Brasiliæ Provincijs, Pater  
 Jacobus Miron, Portugalliaæ Provincialis: in Admoni-  
 torem autē, electus est, eodem die à prandio, Pater Ioan-  
 nes de Polanco, Secretarius Societatis simili scrutinio,

28 Cum ageretur de distributione honorum, ex patri-  
 monijs fratrum nostrorum prouenientium, qui ea in sub-  
 fidium Societatis dare cupientes, Prepositi Generalis  
 iudicio dispensationem relinquunt; dixit suam senten-  
 tiam Reuerendus Pater Prepositus, sibi videri constitu-  
 tionem primi capituli tertiae partis esse seruandam, ex-  
 presse mentione facta illorum verborum, quæ in eadē  
 Provincia distributionem faciendam insinuant: Et vi-  
 sum est Congregationi, id ipsum, quod Patri Generali,  
 vt scilicet, talis distributio, iuxta prædictam constitu-  
 tionem, ¶ verba illa (in eadem Provincia) fieret.

Cum facta esset interrogatio de conciliandis, ¶ expli-  
 candis tribus locis Constitutionum, sic est constitutum.  
 Ea quæ continentur quarto capite examinis, de dispo-  
 sitione honorum, ita intelligenda sunt; vt instruc-  
 tionem generalis sit, ¶ lex, qua nostri debeant bo-  
 na sua in veros pauperes distribuere, pro deuotione ta-  
 men sua. Quæ vero in tertia parte, capite primo §. no-  
 nio continentur, intelliguntur in particulari de illis bo-  
 nis

nis, quæ fratres in beneficium Societatis, siue in particulari, siue in generali, distribuere ex sua deuotione volunt: in quo casu si Rectores, & Trounciales, iuxta declarationē eiusdem loci, illis repræsentent, perfectius esse, ut bona sua dispositioni Træpositi Generalis relinquant; tunc declaratum est, ut hæc bona in eadē Prouincia tantum, & non alibi, Pater Generalis debeat distribuere. Et ad hanc legem, & intellectum, quæ in nona parte capite tertio, numero sexto, habentur, interpretanda sunt, si quo pacto de nostris fratribus intelligi possunt.

Quod si aliquis imperfectionē secutus, particulari alicui Societatis nostræ loco, extra Prouinciam, applicare sua bona velit: proponendū erit illi, ut dispositioni Træpositi Generalis relinquat, qui ea distribuet, iuxta formam superius prescriptam; alias ea bona à Societate nostra non admittantur, sed ea teneatur ipse in versus Christi pauperes, extra Societatem dispensare. Si vero ea alicui Collegio, intra Prouinciam, assignauerit, sit in manu Træpositi Generalis potestas probandi eā applicationem, vel improbandi.

Atq; in hunc quidem modum constitutiones has, post hac conciliandas, intelligendas, atq; obseruandas esse decernit Congregatio: Veneramur enim sanctam memoriam Patrum nostrorum.

29 Cum Herbipolensis Episcopus, Collegium ad se mitti peteret, cui Domum, & Ecclesiam, percommode-

*G. ü. ac redditus,*

ac redditus, et supellectilia abunde suffictura dare vellet, visum est maiori parti Patrum, rem totam Reuerendi Patris Præpositi iudicio esse committendam.

30. Ac ita fuit de Collegijs quibusdā, in quibus, sine oblatione, et sine magno fructu, scholæ tenētur, in Domos probationis cōvertendis, sublatis huiusmodi scholis: et visum est Congregationi, id negotij Præpositi Generalis prudentia committendum esse; et ita est commissum.

31. De collegio Calataberolæ, & Belmontensi, rationibus vtrinque propositis, actum est, an dissoluenda viderentur; & totum negotium, cum facultate dissoluendi, eidem Reuerendo Patri Præposito commissum est; ut admonitis fundatoribus, & quorum interest, id statueret, quod ad Dei gloriam fore iudicaret.

32. Cum intellexisset Congregatio Collegium Diligense, ac Universitatem Societati nostræ ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinale Augustano commissam, non adhuc habere redditus illos, & dotationem, quam in suo contractu idem Illustrissimus Cardinalis promisisset; sed nec probabiliter tam cito habituram; quamvis voluntatem optime de Societate nostra meriti præfulis agnoscet, & ei plurimum se debere fateretur; visum tamen fuit Congregationi Reuerendi Patris Præpositi Generalis iudicio rem totam committere; facultatem ei relinquendo, ut, si intra certum aliquid tempus (eiusdem arbitrio præfigendum) non esset stabilitum Collegium, & Universitas prædictas

ela, ac promissis redditibus dotatum, ea posset dimicere, & nostros aliò transferre.

33 Cum Ciuitas Perusina, in lectione quadam publica litterarum humaniorum, opera cuiusdam ex nostris ussa fuerit, & Collegio nostro Perusino, loco stipendijs, quod Praelectoribus huiusmodi lectionis solui solebat, centū aureos, singulis annis (pro eleemosyna tamen non pro stipendio) soluerit; actū fuit, an in posterum, quo usis modo, vel titulo darentur, essent admittendi; & vi sum est in Domino expedire, ut nec lectionis huius minus, nec centum illi aurei in posterum admitterentur.

34 Actū est de donato nobis Collegio Miletii in Calabria, & per promissionē ex parte admissō, an relinqueret dū, vel retinendū videretur, & placuit Congregationi totū hoc negociū Reuerēdo Patri Præposito Generali, simul cum Patre Provinciali Regni Neapolitani, cum facultate ad id retinendum, vel dissoluendum, cōmitti.

35 Cū propositū fuisset de Collegio Venetiarū, in Domū professorū cōuertēdo; quādoquidē expedire uidebatur, ut redditus à Sede Apostolica, ei assignati, Collegio Patauino applicarētur; et utriusq; fundator Reuerēdus D. Andreas Lipomanus Prior Sanctissimae Trinitatis eiusdem esset sentētia: placuit Cōgregationi, ut prædictū Collegiū Venetiarū, Domus professorū, in qua et nouitijs probarentur, fieret; & ut conueniēti ac iusto modo id fieri posset, ut per litteras à Sede Apostolica obtētas, facultas ad huiusmodi cōmutationē peteretur.

**G** ij **Cum**

36 Cum classis Regis Catholici, contra Turcas Melitem oppugnantes, mitteretur, & ex patribus, qui Cōgregationi intererant, aliqui operam suam, magno cum desiderio cōmumis boni, ad hanc expeditionem offerrēt & Summo Pontifici res quammaxime probaretur: visum est Reuerendo Patri Præposito, de mittendis, esse ad Congregationem referendum; quod cum fecisset, non placuit Congregationi, Patrem Hieronymū Natalem ad prædictam expeditionem mitti: de Patribus autem Magistro Hieronymo Domenech, Siciliæ Provinciali, ac de Patribus Bartholomeo Hernandez Joanne Gurrea, ac Iacobo Xuarez, commisit Reuerendi Patris Præpositi iudicio, an mittendi essent: & ita designati sunt ab eodem, simul cum alijs, extra corpus Congregationis, ut ad classem proficiserentur; quod et statim cum benedictione Pontificis, &c. fecerunt.

37 Actum est etiam, An Diffinitores eligi deberent, ad res determinandas, quas eis Congregatio commisisset; & placuit sex numero eligi; & die sequenti, per scrutinium ad plura suffragia electi fuerunt tres Patres, noni aſſistentes, & præterea, Patres Alfonſus Salmeron, Hieronymus Natalis, & Michael Törres.

38 Propositorum fuit de Hôpitalis cuiusdam Genuenſis Domo, & Ecclesia, cum quibusdam conditionibus admittenda, pro nostri Collegij habitatione, & ministerijs. Itidem de Collegio Logroniensi, & Palenti-

no, ac

no, ac Domo del Villar nuncupata, (quæ tria in Provincia Castellæ sunt) dimittendis; & placuit Congregationi, Diffinitoribus hæc negotia esse committenda: sic de Collegio Bibonensi in Sicilia, Mutinensi in Lombardia, Tiranuiensi in Hungaria dissoluendis, est actum; et Generali cum Diffinitoribus, vel Assistentibus, habentibus suffragium, ut diffinitores solent, res commissa est.

39 Cum tractaretur, an Collegia Societatis plures habere Collegiales deberent, quam possent alere: placuit Congregationi, fieri decretum ea de re; et statuit, ne plus res teneantur, quam ali possint: siue ex redditibus, siue ex eleemosynis alendi sint.

40 Cum ageretur de contrahendis regulis in minorem numerum, & de admonitionibus, vel responsis Patris Natalis in Hispania, & alibi relictis, in manu Prouincialium retinendis; de casibus etiam reservatis, an scilicet, tantum mortalia externa ea esse deberent: Congregatio id totum Diffinitoribus commisit; ad conficiendum etiam formam, quæ in probationis Domibus tenenda esset deputati fuerūt Patres, Ioannes Plaza Provincialis Bæticæ, Ioannes Xuarez Provincialis Castellæ, Bartholomeus Bustamante, D. Ignatius, Francisco Costerus, & Ruiz.

41 Actum fuit, & per aliquot dies disputatum, de augendo tempore orationis, quod in constitutionibus, quarta parte, capite quarto, præfigitur: & placuit  
G uis tandem

tandem Congregationi, ut Pater Præpositus Genera-  
lis, pro sua prudentia, possit id augere, prout expedire  
in Domino indicauerit, habita ratione personarum, re-  
gionum, &c.

42 Cum de doctrina Christiana edocenda; & de exami-  
nandis beneficijs curatis (quæ Collegijs nostris, paucis  
in locis unita sunt) & relinquendis, ageretur; res est  
Diffinitoribus, cum Patre Generali commissa. Eo-  
dem die, cum ex causis grauibus Patri Emundo Iro-  
vinciali Aquitanie, cum socio Patre Claudio rece-  
dendum in suam Provinciam videretur; placuit Con-  
gregationi, id Patri Præposito Generali committe-  
re: idem de Patre Fulvio Androtio Ferrariae Recto-  
re, & de Patre Hieronymo Rubiola Senarum Recto-  
re propositum fuit: & similibus ex causis, eidē Patri  
Generali cōmissum; unde in suas Provincias recesserūt.

43 Proposita fuit Congregationi generali formula scri-  
bendi, prout superius decreto vigesimoprimo constitu-  
tum fuerat: de Collegio etiā artium Conimbricensi: de  
Bragantensi; Portuensi, & Septimacensi retinēdis,  
aut dissoluendis, rationibus utrinq; in scripto adductis,  
actum est: & Congregationi placuit, Diffinitoribus  
ea omnia decidenda committi; tantundem est factum  
de officio Vicarij & deputatis confecto.

44 Proposita fuit, An ad finē huius mensis dissoluenda  
esset Congregatio, cū Patrū absentia, Provincijs eorū  
sane incommoda esset: & id placuit, dummodo protracti  
dintius

- diutius posset, si Congregationi videretur expedire.
- 45 Cum publice legerentur litteræ ciuitatis Gaditanæ, quæ petebant Collegium ibidem inchoatum confirmari, & promoueri: placuit Congregationi, id Præposito Generali committi.
- 46 Cum legerentur decreta quædā à Diffinitoribus confecta; dictum fuerat, si quis haberet aliquid cōtra ea, ut ageret apud Diffinitores; à quibus, si ei non satisficeret, posset intercedere: sed decimanona die Augusti, cum urgeretur tractatio dissolutionis Cōgregationis, propter varias causas, ad commune Societatis bonum pertinentes: tandem placuit, ne dissolueretur, usq; ad finem mensis huius, sed ut intra biduum omnes afferrent, quæ proponenda iudicarent, ad Diffinitores; ut secernerent, quæ ad Patrem Generalem pertinent, ab ijs, quæ ad Congregationem; ut, quæ ad hanc spectarent ad ipsum referrentur, ut vel per se statueret, vel Diffinitoribus rem cōmitteret: intercessio vero, siue una, siue duæ fieret, ut terminaretur à Congregatione generali in ijs, quæ attinent ad cōstitutiones, vel ad magna collegia dissoluēda; in alijs autē à Diffinitoribus.
- 47 Propositum fuit, ut conciliarentur §. primus capituli quarti examinis; & §. nonus primi capituli tertiae partis, & §. sextus capituli tertij partis nonæ; quædam præterea consultanda ex actis prioris, & posterioris Congregationis, ante electionem, quæ deputati ad id attulerant.

Et

*Et quedam de ordine sedendi, in Congregatione, ad dividendas sententias, contra quoddam decretum prioris Congregationis. Præterea rationes aliquæ contraria id, quod superius decretum fuit de Domibus probationum, quatenus insinuabatur, quod esse possent separatae à Collegijs. An etiam expediret tot sacerdicos esse in Societate, maxime inferiorum ad superiorum res. An fieri deberent in posterum processiones solemnies in nostris Ecclesijs, in die corporis Christi, vel eius octaua. Deratione fabricandi ædificia Societatis. An prænomen illud nobilium, id est, Don, esset à Societate relegandum in Hispania. De formula, et modo celebrandi Congregationes Provinciales, & de Procuratoribus, qui ad eas ire debent. De membro quodā Collegij Maceratensis, quod Sanctæ Mariæ Virginum invocationem habet, dissoluendo, fuit etiam propositum.*

*Hac autem omnia placuit Congregationi, Diffinitoribus committere; & cum litteræ ex Collegio Vallisoleti eidem præsentarentur, commisit Patri Petro Ribadeneyra, ut eas videret, et Diffinitoribus referret.*

48 *Cum Conciliū Tridentinū, sessione vigesima quinta, capite tertio de Regularibus, facultatem dederit omnibus Religiosis (exceptis obseruantibus Minorū, & Capucinis) habendi bona immobilia, in communione, non obstantibus quibuslibet constitutionibus eorum; Propositum fuit Congregationi, an restringendo sanctam*

Etiam paupertatem, placeret cedere iuri cuicunq; ad habenda bona immobilia, in Domibus professorū, quod ex decreto Concilij prædicto, nobis esset acquisitum: & placuit, magno consensu, patribus, ut cederemus cuicunque iuri ex Concilio nobis prouenienti: & iuxta nostras constitutiones, & vota, quæ post professionem emittuntur, paupertatem in professis, ac ipsorum Domibus retineremus: & ita cesserunt totius Societatis nomine.

49 Cum à quibusdam Patribus proposita essent multa, & ex parte lecta in Congregatione, ex quibus maxima pars ad litteras Apostolicas nostri instituti, à Iulio Tertio emanantes, & ad ipsas cōstitutiones pertinebat: Vixum fuit Congregationi, eas Diffinitoriis commitendas esse.

Eodem modo, sequenti die, multa proposita, et ad Diffinitores reiecta sunt, & inter cetera, commissum est illis, ut agerent de scholijs Patris Natalis, ut referrent Congregationi, quid iudicarent statuendum de illicis; & ultimam resolutionem sibi seruauit Congregatio, & totā tractationē de institutione Prouinciarū.

50 Actum fuit, An aliqua ex ijs, quæ sunt à quibusdam proposita, non Prouinciarum, aut Collegiorū, sed suo priuato nomine reiici possent à Diffinitoribus, si viderentur reiicienda potius, quam tractanda: & responsum est, auditio proponente, reiici posse; de ijs loquendo, quæ ad hanc Congregationem pertinerent.

*Propositum*

51. *Propositum est etiam, An Assistentiū, & Ad monitoris officia durare oporteret, vsq; ad Congregationē generale futurā, an quamdiu Generalis ipse Prepositus uiueret: & decreuit Cōgregatio prædicta officia, vsq; ad noui Generalis electionem esse duratura.*
52. *A ctū est præterea, An expediret nullo modo multiplicari Prouincias, sine Cōgregatione generali; et visū est Cōgregationi, Prouinciarū institutionē, iuxta decretu prioris Congregationis generalis, Præposito Generali relinquendā esse: qui tamē non, nisi re diligēter considerata, & cū Assistentibus cōmunicata, nouas Prouincias instituere, ad cōmune Societatis bonū deberet.*
53. *Præterea proposita fuere nōnulla, s. de Scholis Collégij Tirnauensis tollēdis: de tribus tantū ex quavis Provincia ad Congregationē generale mittendis: & de omnibus illis, quæ septē deputati notauerant, circa decreta prioris Cōgregationis: quæ & cōmissa fuerūt Difinitoribus, sicut & ea, quæ quidā ex Patribus notarērat, in huiusmet Cōgregationis Decretis: sed additū fuit, ut si quid in illis mutarēt, id referrēt Cōgregationi. Placuit ēt omnibus, vt canones fierēt ex decretis huius Cōgregationis, nō oībus, sed ijs, quæ ad praxī pertinerēt.*
54. *Propositum fuit, An litteræ quadrimestres, quæ iuxta constitutiones scribi, ac mitti deberent, in semestres, an potius in annuas essent conuertendæ: & placuit Congregationi, vt in annuas conuerterentur.*
55. *A ctū fuit de declaratione trium locorum quarto capite,*

capite examinis, & primo capite tertiae partis, ac ter-  
tio capite nonæ partis, de distributione honorū, in vñum,  
Societatis: & decretū à Diffinitoribus factū Congre-  
gationi placuit: sed intercessit Pater Gutierres.

56 Cum urgeret Superioris Germaniae Provincialis,  
suo, & cōpluriū Prouincialiū nomine, vt, hoc mense,  
Congregatio generalis dissolueretur, iuxta decretū qua-  
dragesimū sextum: visum est Congregationi, vt ad ter-  
tium diē Septēbris finiretur, & sine alio decreto, ea de-  
re faciendo, dissoluta Cōgregatio censeretur: & si quæ  
non dū absoluta remanerent, dummodo ad cōstitutionū  
innouationē, vel abrogationē non pertineret, vel ad ma-  
gnorū Collegiorū dissolutionē, ab ipsis Diffinitoribus  
intra octo dies consequentes, post dissolutionē Congre-  
gationis absoluissentur, apud quos ticeret intercedere.

57 Cū propositū esset, An Illustriss. Cardinali Augus-  
tano, Theologus nostræ Societatis dari posset, qui eius  
cōfessiones audiret, et aula sequeretur: Visū est Cōgre-  
gationi: nec Principib. nec Dominis alijs secularib. aut  
Eccliacis assignari debere aliquē ex nostris Religiosis,  
qui aulas eoru sequeretur, et in eis habitaret, vt cōfessā  
ri, vel Theologi, aut alio quoquis munere fungeretur, nē  
si forte ad perbreue tempus, vnius, vel duorū mensuī.

58 Post secundā intercessionē, circa decretū de cōciliā dis-  
tribus locis in capite quarto examinis, et in primo, capē  
te tertiae partis, et in tertiononæ partis, de distributione  
bonorum; placuit decretum, quod afferebatur; &

statim

statim post vigesimum octauum ponendum esse, quasi eius interpretationem, visum est: & cum noua intercessio fieret, non placuit eam admitti.

59 Cum tractaretur quid agendum eset de Collegio lo, quod Cæsar Augusta nostris dederat conseruator Regni Aragonie, bona memoria; & cuius possessio relicta erat per sententiam ab hac Curia Romana emanantem: placuit Congregationi, totum negotium Reuerendo Patri Præposito Generali committi.

60 Cum intercessisset aliquis Patrum, circa scholia Patris Natalis, quod attinet ad auctoritatem aliquam, quæ ipsis tribui debere insinuabatur: Placuit Congregationi, ut predicta scholia prius à Reuerendo Patre Generali, & à designatis ad eorum inspectionem examinata, amplecteremur, pro directione tantum, & sineulla obligatione.

61 Verba quædam addita in decreto, post vigesimum octauum, ponendo, ubi dicebatur: si aliter intellexerunt &c. actum est, an mutari deberent, & illorum loco dici, si aliter intellexissent; vel dispensandum censuerint: & visum est Congregationi, Reuerendo Patri Generali committendum esse, ut circa illorum verborum immutationem faciat, quod in domino expedire iudicauerit.

62 Cum à Diffinitoribus Decretū proponeretur Congregationi, quo in futurum constituebatur, ut statim post electionē Generalis, octo Diffinitores eligerentur,

ac

ac deinde Assistentes, & Monitor: Intercessit quidam ex Patribus, & visum est, Decretum non esse admittendum.

63 Intercessit aliquis ex Patribus, circa Decretum quinquagesimū sextū de dissolutione Congregationis: & visum est: quod hodie, idest, tertia die Septembris, simul Congregatio, & Diffinitorum potestas deberet expirare: unde si quid expediendum esset, hoc ipso die expediri oportere, vel ad Generalem Praepositum, aut aliam Congregationem reiici.

64 Licti fuerunt, & approbati Canones ex Decretis huius Congregationis extracti: & Patri Generali, cum Diffinitoribus fuit commisum, ut etiam ex Actis prioris Congregationis, similiter Canones, ad praxim pertinentes, extraherentur, eo ordine numerorum, & ea cum distinctione, quae ipsis videretur. Reliqua vero acta utriusq; Congregationis, bene servanda esse; quamvis Canones hi communius circumferantur.

65 Quia de quibusdam Collegijs admittendis actu est elapsis diebus, ad quod facultas penes Generalem est; placuit Congregationi declarare, quod per huiusmodi decreta non intendit minuere, ullo modo, facultatem Generalis Praepositi.

66 Licet in Constitutionū declarationibus, littera. N. in primum caput octauæ partis, quarto quoq; mense catalogi mittendi dicantur: visum est Congregatione

tione

tioni, satis fore, si semel singulis annis, ordinarie mittentur cum informatione.

67 Propositum est, An Reuerendus Pater Generalis Præpositus, huius Romanæ Domus Præpositus particularis esse deberet, nec ne; & placuit Congregatio ni pars affirmativa.

68 Cum ageretur de numero eorum, qui ad electionem Vicarij Generalis necessarij viderentur, constitutum est, ut minimum, sex eos esse debere.

69 Cum ex Decretis præcedentibus primâ, & secundam electionem, unum corpus auctoritate Congregationis consecutum esset, & quædam emendata: placuit eidem Congregationi, vt ea confirmarentur, ita saltem vt ad primam Congregationem, vim haberent.

70 Petitum est, An deberet Reuerendus Pater Præpositus committere aliquibus, ut conferrent translacionem constitutionum latinarum cum Hispanico textu, & iuxta illius veritatem emendarent, ubi emendatione opus esset: & placuit Congregationi, vt id fieret.

71 Cum proponeretur, An Congregatio generalis vellet dare Vicario generali pro tempore futuro, facultatem ineundi contractus, in ijs, quæ comode nō possunt electionem Præpositi Generalis expectare: Placuit facultatem huiusmodi, Vicario concedi, nisi cum ageretur de vendendis, vel alienandis bonis stabilibus ipsius Societatis.

72 Cum Prouincialis Portugallie de Matricula Vniuersitatis

ueritatis Conimbricensis, & de facultate tollendi scholas à Regio Collegio, quod ibidem artium vocant; placuit Congregationi utrumq; Reuerendo Patri Preposito Generali committere.

Præterea lectora fuerunt multa Decreta Diffinitorum, (quæ sequentur) & ea Congregatio approbavit. Ultimo loco Reuerendus Pater Prepositus Generalis breuem concessionem latinam habuit; qua ad humilitatem, obedientiam (principue intellectus) & demum ad omnem perfectionem, omnes est adhortatus; & cum Te Deum laudamus, & alias orationes, simul cum omnibus dixisset: in ultimo, omnium pedes est osculatus, & eosdem gemibus flexis est amplexus, & mutuis etiam reliqui Patres inter se caritatis, & unionis amplexibus, Congregationi finem imposuerunt, prædicta tercia die Septembris anno 1565.

SEQVVNTVR DECRETA PER DIFFINITORES  
confecta, & à Congregatione  
generali approbata.

73 Constitutum est, ut duodecimo Canoni adderetur forma scribendi, quæ sequitur; hic duodecimus Canō ex vigesimoprimo decreto desūptus est: Quædā sunt in ratione scribendi, quæ in declarationibus primi capituli octauae partis continentur, quæ modo bene obseruari non possunt; unde remedium per aliquā immutationē constitutionum, in ea parte adhibendum est.

H Litteræ

Litteræ ad ædificationem spiritualem scribantur à singulis Rectoribus, & Præpositis localibus, semel in anno; & illarum tot fiant exempla, quot nationes à Reverendo Patre Generali designatae fuerint.

Rectores, & Præpositi locales scribant singulis hebdomadis ad suum Prouincialem in Europa, iuxta constitutiones; in India vero, & Brasilia, ut suis Prouincia libus visum fuerit commodum, & opportunum. Mis si autem ad fructificandū in agro Domini, scribant ad eum, quem designaverit ille, a quo missi sunt, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit præscriptum; & illis quidem rescribant sui Superioris, semel in mense, iuxta constitutiones: ipsi vero respondebitur, quoties iudicauerit is, qui illos misit.

Prouinciales omnium Prouinciarum Europæ, scribant ordinarie ad Patrem Generalem, semel quolibet mense: Rectores autem, & Præpositi locales tertio quoque mense ad eundem scribant; ita tamen hæc accipiuntur, ut extraordinarie possint scribere, quoties necessitas urget: Prouinciales vero Indiae, & Brasiliæ scribant Præposito Generali, quando se obtulerit nauigationis commoditas, Rectores autem, & Præpositi locales ex Indijs semel, ex Brasilia vero bis in anno, si sese obtulerit occasio.

Præpositus Generalis ad Prouinciales rescribet secundo quoque mense: ad Rectores vero, & Præpositos locales sexto quoque mense; nisi aliqua necessitas, prius.

ad

H

ad respondendum suadeat,  
*Reliqua quæ spectant ad res, de quibus scribendū est.*  
 & ad modum, & ad quale anni tempus, annuas litteras scribere debeant, hoc totum Patri nostro Generali relinquuntur; ut ipse pro sua prudentia statuat, quid factio opus sit. *Rectores Collegiorum, & Præpositi locales, catalogum Patrum, & Fratrum conficiant, & informationem communem, semel in anno ordinarie, & ad suos Prouinciales mittant, qui illos ad Præpositum Generalem mittent: Materia vero, & modus conscribendi hos catalogos, à Patre nostro Generali præscribatur.* In reliquis, quæ hic non attinguntur, obseruentur constitutiones, quæ tamen propterea non expungantur, donec id diffinierit proxima futura generalis Congregatio, etiam si executio, & praxis iuxta decreta hæc sit obseruanda.

74 Lites forenses, pro rebus præsertim temporalibus, fugiant nostri omnes, & id curent Prouinciales efficer, ac primum compromissione rem admittantur compонere: quod si nullaratione id possint assequi, tamen non intendat quisquam è nostris litem huiusmodi, nec omnino litem aliquam, absq; consensu Præpositi Generalis, aut eius, cui expresse suas uices ad hanc rem, ille commiserit: nostris autem, si lis intendatur, curent Prouinciales primum, vel à parte, vel à Iudice peti, vel id consequi per Principem; ut prius possit consuli Generalis Præpositus, quam litis respondere cogatur;

H ij nam

nam fieri poterit, ut Generalis Præpositus iubeat cede  
re nostros liti, & potius detrimentum temporale pati,  
quam litibus dare operam, etiam pro re alioqui debita.

75 Quamvis autem ex eleemosynis vivat Societas, &  
opus bonum sit eleemosyna Societati collata, atq; ad bo  
na omnia inducere quosvis possumus, tamen ad maiorem  
ædificationem, et paupertatis nostræ sinceritatem, & puri  
tatem; Placuit, præcipere nostris omnibus, ut nulli exter  
no suadeant (nâ de nostris in cõstitutionibus, et decretis  
dictu est) ut nobis potius, quam alijs pauperibus det ele  
mosynas: sed contenti simus, ubi petimus quotidianas  
eleemosynas, illas simpliciter, ac plane amore Dei pete  
re: ad donationes vero quascunq; sine legata: simplici  
ter etiâ, et plane possumus tantu nostras necessitates ex  
plicare; diffinitione tamè eius deuotioni relinquamus,  
à quo petimus has etiâ eleemosynas, ac proponere tantu  
illi possumus, ad orationem, et alia media, ut accurrat, qui  
bus possit de donatione, vel legato cõstituere, iuxta id,  
quod ipsi Dominus inspirauerit, et ratio recta suaserit.

76 Regulae generales, quæ incipiunt, summa sapientia; inte  
græ cõseruuntur, reliqua vero, et examinetur, et quoad  
eius fieri poterit breuiores fiant; veru earu ratio habeat  
tur, quas certo cõstiterit esse à Reuerendo Patre N. Ign  
atio editas; si tempori cõsentaneæ, et bono vniuersali uti  
les esse cõsebuntur: præcipue vero Regulae officioru Pro  
vincialis, Rectoris, alioru etiâ officialium examinetur, et  
cõrahantur. Admonitiones autem Patris Natalis, ab  
ipso,

- ipso expurgatæ, atq; in ordinem redactæ, Prouinciali  
bus à Reuerendo Patre Generali tradatūr, ut illis, pro so  
la directione, nulla interim obligatione obstricti, utatur.
- 77 Quius professus quatuor, vel triū votorū, quiuis etiā  
coadiutor spiritualis formatus, post editā professionē,  
vel uota simplicia, intra annū per quadraginta dies cōte  
nuos, vel interpolatos, doctrinā Christianā pueros, atq;  
rudes personas docere teneatur: præterea vero, hoc tā sā  
ctū exercitiū, visum ē admodū, Reuerendo Patri Gene  
rali cōmēdādū, ne, ullo unquam tempore, illius obliuio in  
nostros animos irrepat; cū illud in votorū nostrorū for  
mula cōplete amur. Curet itaq; idē Reueren. Pater Gene  
ralis, ut nostri frequētius, quemadmodū ipsi in Domino  
expedire visū fuerit, in hoc tam pio opere exerceantur.
- 78 Quod ad unione beneficiorū, quæ curā diarum habēt  
pertinet, diffinitum est, vt in futurum non admittan  
tur: admissa vero ac unita huiusmodi beneficia, audi  
tis eorum sententijs, qui de his cum Diffinitoribus quic  
quam agere voluerint, examinentur; vt tandem, quid  
pro maiori omnium edificatione conueniat, decernatur.
- 79 Casus reservati, qui à Reuerendo Patre Nostro Lay  
nez editi sunt, retineantur: visum tamē est, vt septimus  
undecimus, & duodecimus, explicatiūs traderentur,  
vt, quod alioqui intelligi necessum erat, facilius intelli  
gatur. Declaratio vero casuum, & ampliatio, vel re  
strictio, spectat ad R.P.N. Generale. De nono autem  
casu videlicet confiteri externo sacerdoti etc. iudiciū  
commissum est Patri Generali. H iy

- 80 Omnia, quæ specie habent secularis negotiationis, in colendis videlicet agris, vendēdis in foro fructibus, & similibus, intelligantur prohibita esse nostris.
- 81 Curabit Pater Generalis, ut, qui sint e nostris concessionatur publice, qui etiā confessiones audituri, hi sint ad ea munera obeunda sufficienter instructi: hoc enim ad eius administrationem attinet; tum etiam illud, ut communicetur concionatoribus, & confessariis peculia ris instructio: & tamen visum est, retinendum esse priuilegium à Sede Apostolica concessum, ut nostri possint concionari, etiamsi nō sint ad ordines promoti.
- 82 De obligatione votoru simpliciū, præsentim castitatis, difficultati, quæ offerebatur, responsum est, esse seruan dum decretū actorum posteriorū primæ Congregationis.
- 83 Quamuis in constitutione capitinis quarti, quartæ partis, designentur festa Paschæ, ac Natiuitatis Domini, quibus renouent vota scholastici, tamen cum colligi possit ex declaracione eius loci, potestatē esse, in Superiori re Rectoris immediato, in aliquo particulari casu, mutandi illa festa; facile interpretari possumus, in Generali Præposito esse facultatē, in uniuersū illa festa mutādi, quod traditio uniuersalis, à tempore ipsius N. P. Ignatij, vsu, & cōsuetudine hactenus corroborata cōfirmat.
- 84 Rectores cum teneantur, ex constitutione, & declaracione decimi capitinis quartæ partis, doctrinam Christianam legere, vel docere per quadraginta dies per se, vel per alium; expositum est, id debere præsta ri

ri intra annum, postquam officium Rectoris interint,  
continenter quadraginta diebus, vel interpolatim: pri  
mo quidem, quemadmodum solent doceri pueri; dein  
de etiam per conciones, si ita Superior censuerit: pre  
ter illū annū, eodē quidē nomine, non tenebitur Rector,  
sed alio poterit communi, ut in superiori quodā decreto  
diffinitū est, de professis, & coadiutoribus formatis.

85 Ex declaratione capituli decimi §. ultimo quartæ  
partis, colligitur illas intelligi constitutiones esse le  
gendas, quæ sunt propriæ Scholasticorum nostrorum:  
illæ vero cum contineantur in Regulis Scholasticorū,  
fit, ut illæ Regulæ sint legendæ publice bis, aut ter sin  
gulis annis: eas autem curabit Pater Generalis, si o  
pus fuerit, emendandas.

86 Congregationes prouinciales fiant, iuxta constitu  
tiones, ad eligendos eos, qui suffragium sint habituri  
in generali Congregatione: fiant præterea iuxta decre  
tum huius Congregationis generalis, tertio quoq; an  
no ad procuratores eligendos, qui destinandi sunt ad  
Paten Generalem &c. alias censemus non esse cogē  
das huiusmodi prouinciales Congregationes.

87 Ut triennium designatum est Prouincialibus, quo  
officium gerant suum, ut habetur tertio capite nonæ  
partis constitutionum; non videtur similiter agendum  
in Rectoribus; nec addendum præterea ad constitutio  
nes, quæ de hoc nihil decernunt.

88 Vixum est non expedire, ut breues cursus artium,

H iij vel

vel Theologiæ instituantur: sed si quis in coadiutorem spiritualem instituendus fuerit, is humaniorū litterarū studio, et compendio dialectices cōtentus sit: quibus studijs instructus casus conscientiæ audire poterit.

89. Non probatur, ullum, ad aliquam in nostris Universitatibus facultatem, esse promouendum, quam nostri non profiteantur.

90. Si qua Collegia sint hactenus absq; sufficienti dotazione fundata, in quibus nostri nec legant, nec scholasticos alant, poterunt tamen illa hac ratione retineri, si ex fructibus videlicet eorum, per publicam aliquam personam conseruatis, detur opera, ut plene fundentur: quemadmodum de Collegio Maioricensi potest dici: nostri tamen interim bonis illis non vtantur, sed ex elemosynis viuant: ac simul dent opera, ut prædicta Collegia sufficienter, etiam aliunde dotentur.

91. Quemadmodum hactenus factum est in quibusdam locis, ut nostri ita examinent ad ordines promouendos, aut curæ animarum, verbo Dei, vel confessionibus audiendis præficiendos; ut simul iudicium ferant, de illorum sufficientia, & admissione: ita de cetero nefiat: quandoquidem iudicamus non esse consentaneum nostro instituto: quod si examinandi ministerium effugere nulla ratione possimus, illud tamen reineamus, ut iudicium de admittendis, vel non admittendis, non feramus, sed illud omnino Prælatis relinquamus; possit tamen dispensare Reverendus Pa-

ter

ter Generalis, ubi hoc utile, & expediens esse in Dominio indicauerit,

92 Pater Generalis erit Praepositus Domus Romane, & habebit Ministrum, & alios officiales, quorum opera utatur, ad gubernationem particularē eiusdem Domus.

93 Assistentes vero, officio sibi à Congregatione generali commissō incumbant, iuxta constitutiones: nec alijs occupentur ministerijs, quibus à suo officio ducentur, vel impedianter.

94 Si contigerit Procuratores electos ex Provincijs Indie, & Brasiliæ in Europa esse, quando fit Congregatio generalis, ad quam venire possint; hi interfint Congregationi pro suis Provincijs; qui quidem, si sint Professi quatuor votorum, & non solum electi à suis Provincijs, ut Procuratores, sed etiam, ut suffragium hic possent habere in electione Generalis Praepositi; tunc hi possunt etiam admitti, ut in dicta electione habeant suffragium: quod si non adfuerint, quando fit Congregatio generalis, tunc potest eligi unus Procurator tantum pro India, & Brasilia à Provincia Lusitanie, quemadmodum hactenus actum est.

95 Tropae difficultatem, quæ ingeri alicui posse ex prima parte, tertij §. capituli quarti examinis, ubi consulendi prescribuntur aliqui, ob bonorum distributionem in cognatos, & cetera,

non

non censemus immutandam esse illam constitutionem,  
sed occurrendum scandalis, & sinistris opinionibus, si  
quaerortæ sint, vel oriri possint, propter rei ignoran-  
tiam, vel executionis praxim; id vero diligenter cu-  
rabit Reuerendus Pater noster Præpositus Generalis.

96 Quod attinet ad ordinationem nostrorum, qui non  
sunt profesi; nulli videtur dari causa instare querelæ,  
quandoquidem nos utimur iure nostro. Quod si nostros  
ordinatos contingat expelli à Societate, tamen non te-  
nebuntur eos Episcopi alere, cum, qui ordinantur ex  
Societate nostra, cesserint suo iuri in ordinatione, ordi-  
nantur enim ad titulum voluntariæ paupertatis.

97 Omni cura, labore, & diligentia curemus, ne ar-  
cula aliqua proponatur in nostris Ecclesiis, ad eleemo-  
nias accipiendas pro alijs: cum pro nobis tam sit neces-  
sarium eas poni non posse, ut non rem tantum evite-  
mus, quæ nobis prohibita est, sed rei illius omnē speciē.

98 Librum habeat Secretarius Congregationis, in quo,  
quaer confirmata erunt decreta; continentur, & ea qui  
dem ante dissolutionem Congregationis, simul legit  
in plena Congregatione Secretarius, & sua manu sub-  
scribet, & sigillo Societatis muniet.

99 Secretarium eliget Congregatio ante Generalis elec-  
tionem, non solum qui electioni ipsi subserviat, sed  
qui Congregationibus, & actis, si quaerant ante elec-  
tionem: post electionem autem, vel eundem ad illas  
Congregaciones, & acta confirmabit, vel alium eli-  
get:

get: horum officium terminabit finis electionis, vel Congregationis.

100 Eligendi præterea a Congregatione videntur duo Patres eiusdem Congregationis, ad suffragia enumeranda, & conficienda decreta cum Secretario Congregationis.

101 Procuratorem, qui negotia agit cum externis, vel Romæ, vel alibi alere debent ij, quorum negotia agit: Provinciales vero, Commissarios, Generalem etiam ipsum, alet ea Domus, vel Collegium, ubi erunt; qui bus quando in itinere sint, expensas facient ij, quibus erit bono illud iter; si tamen pro Societatis gubernatione, vel negotijs interficiant.

102 Pro Solicitatore, pro Aduocato, pro Procuratore, & alijs officialibus externis, si quid præterea ad actionem, vel expeditionem alicuius negocij, vel litterarum Apostolicarum, vel Regiarum, & eiusmodi aliarum expendetur ab alijs, id soluere debent ij, in quo rum gratiam illud fuerit expensum.

103 Ad Reuerendum Patrem Generalem referenda videtur forma, ac modus ædificiorum nostrorum construendorum, ut ille, iuxta decretum actorum posteriorum præterita Congregationis, quod sibi in Domino visum fuerit, statuat.

104 Decretum est, ut nomen illud honorificum, id est, Don, ubi est insigne nobilitatis secularis, de Societate nostra omnino tollatur.

Non

105 Non videtur officium Superintendentis, vel nomen usurpandum in Societate, nisi ubi pro arbitrio Reuerendi Patris Generalis necessitas, uel magnitudo Collegij utrumque postulauerit, nec enim nomen tamen retinendum est.

106 Prima generalis Congregatio in actis posterioribus statuit, ut Patres in Congregatione, eo ordine sede rent, qui in actis prioribus fuerat prescriptus: eundem igitur ordinem conservandum esse censemus, nec retrahendam esse partem illam declarationis septimi capituli octauæ partis, quæ ab eadem Congregatione abrogata fuerat.

107 Vbi dicitur in tertio decreto actorum priorum primæ Congregationis, & si informatio maior desideratur in re aliqua, à Vicario petendam esse: decretum est, esse addendum non à Vicario solum, sed ab alijs etiam electoribus, accipi informationem illam posse.

108 Quamuis a Congregatione secunda generali, in actis prioribus sit dictum, informationem pro Generalis electione ab omnibus de Societate, qui possunt bene referre, capi posse: visum tamen est, ut non ab omnibus, sed a solis electoribus, & Procuratoribus accipi possit informatio, & ea quidem in quatriduo dumtaxat.

109 Permissum fuerat in actis prioribus Congregationis secunda, ut liceret in informatione petere, an hunc, vel illum aptum quis iudicaret, ad munus Generalis

*Generalis Præpositi, non an aptissimum inter omnes: totum hoc tamen, visum fuit immutandum: ne igitur de cetero ita interrogare liceat: sed conseruetur, quod in prioribus actis primæ Congregationis statutum fuerat.*

<sup>110</sup> *De Procuratoribus, An ad Congregationes, siquæ habebuntur, ante electionem Generalis Præpositi, sint admittendi, cum interrogatio fieret; visum est, obseruandum decretum tertium actorum priorum primæ Congregationis, confirmatum in actis item prioribus secundæ.*

<sup>111</sup> *Ad pleniorum pro Generalis Præpositi electione informationem, decretum est, ut Congregatio ante electionem, aliquot Patres deputet, qui cum Vicario Generali, & Assistentibus videant, an alii quid sit, in quo insigne detrimentum passa sit Societas, vel passura esse timeatur, quod singulari prouidentia, atq; industria, vel resarcendum, vel curandum sit: de quo (si quid fuerit) conficient interrogationem commode, qua interrogatione inquirere electores possint, ac debeant, & intelligere, quis esse aptissimus videatur ad officium Generalis Præpositi, ad maiorem Dei gloriam administrandum: porro de quibus agent iij deputati, ea ad plura suffragia transigent: nec duo suffragia habebit Vicarius Generalis, sed solum suffragij prærogatiuam.*

112 Cum aliquaco mmiserit exequenda Præposito Generali superior Congregatio, in actis posterioribus, si quæ ex illis non fuerint executioni mandata, id curet facere Reuerendus Pater noster Præpositus Generalis.

Q V A E D A M D E C R E T A D I F F I N I T O R V M ,  
quæ in actis seruantur, & ex eis Canones non sunt  
facti, quia non ad proxim pertinent.

113 Non videtur esse conueniens, ut Ingolstadiense Collegium nostrum dividatur, & illius pars transferatur Straumburgum, vel Lantzutum, sed, si cū bona Principis gratia obtineri posset, ut non demus inferiorum classium præceptores, id esset optandum maxime, atq; curandum.

114 Domum, quæ Genuæ Societati offerebatur, non esse admittandam; cum obligationes, quæ expertuntur, cum nostro instituto pugnare videantur, & hoc quidem significandum iudicarunt per litteras, ys, à quibus Domus illa oblata est: reliqua Reuerendo Patri Generali, cum Assistentibus commiserunt.

115 Collegium Mutinense censuerunt esse dissoluendum, nisi redditibus, qui integro Collegio alendo sufficerent, dotetur; nullo tamen pacto nunc expedire, ut dissoluitur; sed totum hoc negotium, quod ad huius Collegij dissolutionem pertinet, Reuerendo Patri Generali, & Assistentibus commissum est, qui ad plura suffragia Collegium hoc dissoluere possint, ubi id opportune, et

absq;

*absq; scandalo fieri posse iudicarint.*

<sup>116</sup> Collegium Villarensse omnino dissoluendū esse, vid  
sum est; ut autem id fiat, quemadmodum & debet,  
et decet, placuit inspici prius diligenter fundationis in  
strumenta atq; scripturas omnes, quæ de hoc Collegio  
confectæ sunt; harum vero rerum executio Reueren  
do Patri Generali commissa est.

<sup>117</sup> Collegium Palentinum retineatur; curetur tamen,  
ut cum bona fundatricis voluntate, in Domum proba  
tionis conuertatur: quod si id non fiat, conseruetur  
Collegium.

<sup>118</sup> Collegium de Logronno, si quidem inueniantur  
qui illud velint sufficientibus redditibus dotare, retine  
dum est; alioqui, nisi sufficienter dotetur, pro ratione  
Collegij, vel Domus probationis; curandum est, ut  
intelligatur, fructus, qui illi assignati sunt, à nobis  
& gre percipi posse: ex ecclio tamen huius rei Reue  
rendo Patri Generali, cum Assistentibus cōmissa est.

<sup>119</sup> Collegium Conimbricense videtur ea ratione reti  
nendum esse, si prius proponamus Regi, confirmari no  
bis illa tria, quæ videntur, iuxta nostri instituti ratio  
nem necessaria: primum est libertas nostrorū ab omni  
iurisdictione, & visitatione Vniuersitatis: secundum  
est, ut habeamus redditus liberos, & sine obligatio  
ne petendi illos ab Vniuersitate: tertium est, ut funde  
tur perpetuo hoc Collegium, quemadmodum, & re  
liqua Collegia; quod si eiusmodi impedimentū, &

difficultates non remoueantur, Regi proponendum videtur, nos hactenus ob eius seruitum potius, quam ob aliquam Societatis utilitatem illud Collegium retinuisse; & ideo, nisi illa de medio tollantur, nos vix posse Societati nostræ consulere, & illud retinere.

120 Collegium Portuense retineatur; det tamen Pater Generalis operam, ut plena fiat illius Collegij fundatio, ac dotatio; sitq; in eius arbitrio positum statuere, num retineatur nomen Collegij, & professores instituantur, an vero Domus fiat probationis: quod si plene tandem fundari non possit, habeat facultatem illud dissoluendi.

121 Collegium Bragantinum non videtur dissoluendum; curet tamen diligenten Præpositus Generalis, ut illi incommodo, quod hactenus propter aeris incommunitatem passi sunt nostri, & videntur passuri, prouideatur commode, sine alibi adificetur, in eadem Urbe, sine alia ratione prouideatur: itaq; significandum erit fundatoribus, nisi obuietur his incommodis, tandem non esse retinendum.

122 Domus cum horto, quæ dicitur Septimancarum videtur retinenda: quod si aliquid occurrerit, processus temporis, quapropter ea Domus dimittenda sit, et facultas in Patre Generali, consultis Assistentibus, sita sit: Hic vero curabit, ut qui ex nostris illic constiuentur, sint ex probatoriis, & selectioribus.

123 Collegium Belmontense censuerunt esse retinendum:

si vero

si vero nulla spes tandem esset residua fundationis plex  
nae eius College, habeat facultatem Generalis Praepositus, consultis Assistentibus, ut illud dissoluere posset.

<sup>124</sup> Iudicatum est, Domum, que dicitur virginum, quae Collegio Maceratensi adiuncta est, a nobis retinere non debere: & propterea curandum esse, ut quam primum, per Reuerendū Patrem Generalem, illi confratres certiores fiant, ut cum quanta poterit fieri pace, & edificatione eorumdem, opportuna tempore dimittatur.

#### DE OFFICIO VICARI.

<sup>125</sup> Vicarius Generalis propter mortem Generalis Praepositi constituendus, vel nominatur ab ipso Praeposito ante mortem, ut habetur capite quarto constitutionum, & declarationum octauæ partis; vel, si ille non nominasset, ut habetur in eadem declaratione. Huius igitur officium durat usq; ad electionem Praepositi Generalis, & duplex quidem est.

Alterum est, Societatem, ad electionem Praepositi faciendam, prescripto tempore, & loco quo conuenire oporteat, conuocare; ut habetur constitutionum parte octaua capite quarto.

Alterum, Generalis vices gerere in gubernatione Societatis, donec nouus Praepositus electus fuerit;

ut habetur Declarationū parte octana, capite quarto.  
*Vicarius itaq; simul atq; creatus fuerit, curabit funus  
 Præpositi Generalis, nisi iam curatum fuerit; dabitq;  
 operam, ut Missæ, & orationes in vniuersa Societate,  
 pro anima Præpositi mortui fiant.* deinde ad conuo-  
 candom Societatem, ad nomi Præpositi electionem,  
 primo quoq; tempore, diligentissime incumbet. Præ-  
 positos Prouinciales certiores faciat; tempus, &  
 locum Congregationis iuxta constitutiones præscri-  
 bat; Missas, & orationes pro felici electione Præ-  
 positi indicat; Congregationes prouinciales, ut rite  
 fiant, admoneat; & si post electionem Præpositi alia  
 negotia grauiora tractanda in Congregatione sint, ad  
 quæ discutienda, vel diffinienda, aliorum opera, præ-  
 terquam duorum electorum à prouinciali Congrega-  
 tione necessaria videatur, Prouinciales admoneat, qui  
 adducendi erunt, ut eos adducant iuxta constitutiones.  
*A*ntequam congregata sit Societas, potestatem  
 habeat *Vicarius*, quæ possit solus iubere quæ ad con-  
 uocationem attinent, iuxta constitutiones: solus ta-  
 men non potest prorogare tempus Congregationis, ne  
 decretum est, in actis posterioribus prima Congrega-  
 tionis, titulo secundo, decreto trigesimo: post  
 quam autem sunt Patres congregati, vel omnes, vel eo  
 rum maior pars, post tempus diffinitum, solus non  
 poterit ea, quæ ad electionem pertinent diffinire, sed,  
 si quid emerget dubijs, vel difficultatis, id erit per

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani  
 www.fondolibrarioantico.it

*Congregationem determinandum; executio vero Vicary erit.*

*Vbi autem dies constitutus, & terminus præfixus venerit, ad quem venturi sunt Patres; eos, qui iam conuenerunt, conuocabit; modo excedant duas tertias partes, eisq; rationem eorum, quæ facta sunt, post mortem Generalis, ad Congregationem pertinentia, reddet. Deinde in primis tractet, an habenda sit pro legitima Congregatio, quoad personas, tempus, & modum attinet; & si qui sine defectus, an suppleri debeant. An expectandi sint absentes. An benedictio à Summo Pontifice petenda ad electionem, iux tanostras constitutiones, celebrandam. Deniq; reliqua omnia, quæ ad rite electionem faciendam pertinere videbuntur Congregationi curabit: quæ petenda sunt tum ex constitutionibus, tum ex decretis ante, & post electionem: detq; operam Vicarius, ut nihil in Congregatione ante electionem Generalis agatur, nisi quæ ad illum spectabunt, & quidem necessario; ut quamprimum Societas Præpositum Generalem habeat.*

*Alterum officium Vicarij est, Societatem uniuersam gubernare: verum ita est illam gubernaturus, quasi Vicarius Præpositi demortui, non quasi Præpositus: quare illam ita gubernabit, ut sibi tradita est: nullam igitur immutabit gubernationis rationem, nihil propriæ inuentionis; nullam nouam regula*

lam; nullū ritū nullam consuetudinem aut inducet, aut introducētā mutabit; sed, ad spiritum, & sensum Generalis demortui, se componet; illius compertam voluntatem sequetur; incertam coniectabit. Itaqꝫ, quoad poterit, debebit, suo ministerio, quasi viuum, ac præsentem Generalem, illiusqꝫ, gubernationem repræsentare.

Quocirca eisdem Assistentibus, Secretario, Procuratore, quibus vtebatur Præpositus Generalis, vtetur Vicarius, ad gubernandam Societatem; eisdem Præpositis, Rectoribus, Praefectis probationis, & alijs officialibus primarijs, qui creantur à Generali, quos mutare ei non licet, vel nouos creare; nisi forte aliqui illorum morerentur, & alij in eorum locum, vsqꝫ ad electionem Præpositri Generalis substituendi essent, vel aliquæ grauissimæ causæ intercederent, propter quas aliquis illorum ab officijs executione tollendus, vel suspendendus videatur; iure suffragij nihilominus ei relicto; & hoc quidem non sine consilio Assistentium.

Eadem de causa, res omnes graues, & maioris momenti, quæ differri vsqꝫ ad electionem noui Præpositi poterunt, quando illa breui futura est, quoad eius fieri poterit, differet; & ad nouum Præpositum Generalem remittet.

Quocirca nullana Domum, nullum Collegium, nullam Vniuersitatem; vel Domum probationis insli-

tuet,

tuet, quæ si offerantur, ita negocium fundationis tra-  
ctabit, ut si in rem Societatis aperte futura sint, &  
omni difficultate careant, eos, qui fundatores esse vo-  
lunt, iubeat bene sperare, & omnem dubitationem  
seponere; si quid vero difficile, aut dubium sit, alet  
spe eorum bonam voluntatem: nihil certi promittet;  
rem totam ad Generalis creationem reservabit.  
Ad professionem admittere, etiam vel designatum  
à præmortuo Præposito, vel in his, quæ ad professio-  
nem attinent, dispensare non poterit Vicarius, neq;  
professum aliquem, vel coadiutorem formatum à So-  
cietate dimittere.

Circa missiones professorum, si quid vrgeret,  
potestate Generalis uti poterit, consultis Assisten-  
tibus; eos tamen qui vel electi sunt à Congregatio-  
nibus Provincialibus, vel qui probabiliter eligendi  
essent, ut Congregationi generali intersint, ad ea lo-  
ca, vnde ad electionem commode venire non pos-  
sint, non mittet; neq; etiam ad infideles, neq; ad  
partes remotas, quæ maiorem considerationem re-  
quirunt.

In vniuersum cum assistentibus cōsultare debet res  
omnes grauores, non minus, immo magis, quam  
Præpositus Generalis; quandoquidem minorem habet  
auctoritatem, minorem experientiam, minus diutur-  
num regendæ Societatis munus. Sic enim plus pon-  
deris habebunt apud illam, quæ ipse constituet.

*I 14 Quamobrem*

Quamobrem quæ sunt à Præposito vita functio, vel constituta, vel concessa; non temere neq; sine grauiſſima cauſa, vel infirmabit, vel reuocabit.

Si noui Præpositi electione, aliquo casu, ultra sex menses à constitutionibus prescriptos, differatur; & aliqua grauia acciderent, quæ usq; ad eius electionem commode differri non possent; Vicarius Generalis, auditis Assistentibus, id statuat, quod ad maiorem Dei gloriam, & Societatis utilitatem magis fore uidebitur dicabit.

Si Præpositus Generalis Vicarium non nominaverit ante mortem, & in eo loco ubi mortuus est, non sint profecti, saltem sex (tot enim ad minimum iudicatum est esse oportere) tunc cura adhibenda erit, ut ex vicinioribus locis, utcunq; illa distent, is numerus conuocetur; quod si in distantia æquali plures fuerint, quam sex; omnes erunt ad electionem vocandi: interim tamen gubernatio Societatis erit in ordinarijs Superioribus: electioni vero Romæ quidem præ erit Minister Dominus, si fuerit

quatuor votorum professus; alibi vero Provincialis, vel antiquissimus ex professis - notis - quatuor votorum.

## CANONES

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani

[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)

CANONES SECUNDÆ  
CONGREGATIONIS GE-  
NERALIS SOCIETATI  
TIS IESV,

quæ tertia die Iulii M. D. LXV.  
inchoata est, terminata  
uero tertia Se-  
ptembris.

\*

**P R I M V S.**

Constitutiones circa Procuratores, qui cum Præ-  
posito Prouinciali, præter duos electos, ad eligen-  
dum Generalem Træpositum mittuntur à Congre-  
gatione Prouinciali, vel adducuntur ab ipso Præpo-  
sito Prouinciali, seruentur. Sed cum tantum ad electio-  
nem vocatur Congregatio, terni veniant ex singulis  
Prouincijs, scilicet, Prouincialis cum duobus electis;  
nec ulli Procuratores sunt adducendi, qui suffragium  
habeant; quod si Præpositus, vel Vicarius Genera-

I uy lis

- lis, vel ijs, ad quos attinebit generalem Congregatiō-  
nem conuocare, iuxta nostras Constitutiones, vel de-  
creta, iudicent aliquos esse adducendos ad negotia  
grauia tractanda, cum id significauerint Provinciali-  
bus: unus, vel duo possunt ex singulis Prouincijs,  
vel à Congregatione Provinciali, vel ab ipsis Præ-  
positis Provincialibus electi, venire, & quidem  
cum suffragio actuo, & passino, iuxta Constitu-  
tiones, si vel coadiutores spirituales formati, vel  
Professi trium, vel quatuor rōtorum fuerint, non  
aliter.
2. Assistentes, quorum officium per electionem no-  
ni Præpositi Generalis expirauerit, auctoritate ab  
hac Congregatione data, interesse debeant Congrega-  
tioni generali, quæ post electionem ad alia negotia  
grauia tractanda celebratur, cum suffragio: siue Ro-  
mana Trounacia constituatur, siue non, siue noui As-  
sistentes eligantur, siue non eligantur.
3. Nihil ad substantia līa nostri instituti pertinens pos-  
sit immutari, ut in secundo decreto, titulo secundo, de  
constitutionibus, in præcedenti Congregatione fue-  
rat constitutum.
4. Sufficiat ad discernendum quiduis, etiam ex  
gravioribus, plusquam media pars eorum, qui les-  
gitime congregati sunt in Congregatione generali:  
dammodo non agatur de ijs, quæ pertinent ad sub-  
stantiam

stantiam nostri instituti. De rebus minus gravibus, ad plura suffragia, possit diffinire Congregatio.

Adhibeatur in posterum moderatio, in multitudine Collegiorum admittenda, rogatque Patrem Praepositum Generalem Congregatio, & serio commendat, ut potius applicet animum ad roboranda, & ad perfectionem adducenda Collegia iam admis-  
ta, quam ad nona admittenda: & si quæ ex ys  
quæ offeruntur, admittenda existimaret, eiusmo-  
dis sint, ut ad commune bonum Ecclesiae Dei, ma-  
gnum momentum habitura videantur, & quoad  
eius fieri possit, ita dotata, vel eam rerum vita ne-  
cessariarum commoditatem habentia, ut non tan-  
tum operarij sustentari possint, sed, & is nume-  
rus scholasticorum, iuxta formulam datam, pro  
acciendiis Collegijs à Reuerendo Patre nostro Ma-  
gistro Laynez, qui pro Seminario sit eidem Col-  
legio futurus, ad sui conseruationem: nec admittan-  
tur, (licet hæc omnia suppeterent) si non habe-  
ret Societas Rectores, ac Magistros, & demum  
operarios, in vita, ac doctrina idoneos, ut huius  
muneri posse satisfacere, auditis Assistentium sen-  
tentijs, iudicaret: & quidem sine aliorum Collegio-  
rum detimento.

In singulis

- 6 In singulis Prouincijs, ubi, & quando commode fieri poterit, cunetur saltem unum institui Seminarium Societatis perfectum, ad formandos professores, & alios operarios vineæ Christi, in humioribus litteris, Philosophia, & Theologia, ut postea tali Prouinciae sufficiant: sed ubi nostri docendis munus obituri sunt, paulatim, non præpropere huic negotio promouendo dent operam.
- 7 Iuxta constitutiones nostras, & rationis dictamen, videatur, ac declaretur à Patre Generali, quæ sit ordinaria, & omnibus Provincialibus, ex æquo, conferenda potestas: quæ autem extraordinaria, & pro ratione loci, temporis, & personarum, huic potius, quam illi communicanda, ut priorem illam omnibus, posteriorem hanc ijs conferat Præpositus Generalis, quibus ad bonam gubernationem, in hac, vel illa Prouincia, conuenientem fore induauerit.
- 8 Commissarij ad visitandas Prouincias, tertio, vel quarto quoque anno, vel quando Præposito Generali videbitur, & cum qua auctoritate, ac iurisdictione videbitur, mittantur. Alij, qui continuum, & quasi ordinarium officium habeant in Prouincijs remotis, non constituantur, iuxta decretum actorum posteriorum primæ Congregationis: sed cum necessitas, vel utilitas magni momenti, hoc officium

aliquam

cium

cium iudicio Præpositi Generalis requiret; pro re na-  
ta, possint huiusmodi Commissarij ab eo institui, qui,  
cum satisfactum erit cause, propter quam instituti fue-  
rant (pro eiusdem Generalis arbitrio) eodem officio  
defungantur.

9. Sua legitima potestas ad mutationes personarum  
constare debet Præposito Generali, cui constitutio-  
nes eam tribuunt (sive ab uno in aliud locum eius-  
dem Prouincia, sive diuersæ mutari conueniat) & eti-  
am Prouincialibus, intra suas Prouincias, iuxta con-  
stitutiones: curandum est ramen per superiorum pru-  
dentiam, ut non sine causa alicuius momenti, nec  
cum detrimento eorum, a quibus aliqui remouentur,  
tales mutationes fiant. Edicta uero Regia hac in-  
re seruentur, & alioqui Principum habeatur ratio,  
ne offendantur: & si offendio timeretur, consensus,  
& satisfactio eorum, ad mutationes huiusmodi  
curetur.

10. Curetur, ut in quauis Prouincia Domus aliqua  
probationis, vel coniuncta Collegio, (in habitatio-  
ne tamen distincta) vel separata, quam cito com-  
mode fieri poterit, institutatur; & biennio, ac be-  
ne probentur Novitiij, non litterarum, sed mortifica-  
tionis, ac profectus spiritualis studio vacando: in  
secundo tamen anno, possit à Prouincialibus, ex com-  
missione Generalis, circa studium dispensari, habi-  
taratione

ta ratione personarum, locorum, & temporum, prout in Domino expedire iudicabitur. Non itij vero non modo ad vota emitenda, non sunt hoc bienio instigandi, sed, si sponte emitterent, non sunt admittendi ad ea renouanda, cum alijs, qui biennium expleuerunt, sed seorsum id faciant.

11. Approbatur sententia Patris Generalis, qua statuit circa extractionem pecuniarum ex aliqua Prouincia, vel Regno, edicta Regia esse obseruanda.

12. Quædam sunt in ratione scribendi, quæ in declarationibus primi capituli octauæ partis continentur, quæ modo bene obseruari non possunt; unde rex medium per aliquam immutationem constitutio-  
num, in ea parte adhibendum est: quod erit id, quod sequitur.

13. Litteræ ad ædificationem spiritualēm scriban-  
tur a singulis Rectoribus, & Præpositis localibus,  
semel in anno; & illarum tot fiant exempla, quot  
nationes a Reuerendo Patre Generali designatae fuerint.

14. Rectores, & Præpositi locales scribant singulis  
hebdomadis ad suum Prouincialem, in Europa, iux-  
ta constitutiones; in India vero, & Brasilia, ut fu-  
is Prouincialibus visum fuerit commodum, & op-  
portunum.

Missi

- 25 Missi autem ad fructificandum in agro Domini, scribant ad eum, quem designauerit ille, a quo missi sunt, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit prescriptum: & illis quidem rescribant sui Superiores, semel in mense, iuxta constitutiones: us vero respondebitur, quoties iudicauerit is, qui illos misit.
- 26 Provinciales omnium Provinciarum Europæ, scribant ordinarie ad Patrem Generalem, semel quolibet mense: Rectores autem, & Praepositi locales, tertio quoque mense ad eundem scribant: ita tamen hæc accipiuntur, ut extraordinarie possint scribere, quoties necessitas urget: Provinciales vero Indiae, & Brasiliæ scribant Praeposito Generali, quando se obtulerit nauigationis commoditas, Rectores autem, & Praepositi locales ex Indijs, semel: ex Brasilia vero, bis in anno, si se obtulerit occasio.
- 27 Praepositus Generalis ad Provinciales rescribet, secundo quoque mense: ad Rectores vero, & Praepositos locales, sexto quoque mense: nisi aliqua necessitas, prius ad respondendum suadeat,
- 28 Reliquæque spectant ad res, de quibus scribendum est, & ad modum, & ad quale anni tempus, annuas litteras scribere debeant, hoc totum Patri nostro Generali relinquunt; ut ipse, pro sua prudentia, statuat, quid factio opus sit.
- 29 Rectores Collegiorum, & Praepositi locales, catalogum

atalogum patrum, & fratribus conficiant, & informationem communem, semel in anno ordinarie, & ad suos Provinciales mittant, qui illos ad Præpositum Generalem mittent: Materia vero, & modus conscribendi hos catalogos, à Patre nostro Generali præscribatur.

20. In reliquis, quæ hic non attinguntur, obseruentur constitutiones, quæ tamen propterea non expungantur, donec id diffinierit proxima futura generalis Congregatio, etiamsi executio, & praxis iuxta decreta hæc sit obseruanda.

21. Iuxta Constitutiones, & decreta præteritæ Congregationis, & habita ratione finis, quem ipse constitutiones intendunt, posset Præpositus Generalis cantum Missæ, & Vesperarum in hunc, vel illum locum inducere, prout expedire in Domino iudicauerit: ubi autem inductus esset, si inutilis ad finem nostri instituti, & proximorum ædificationem videretur, vel deessent, qui bene id munus præstare possent, committitur Præposito Generali, ut eum valeat reuocare, ac prohibere, si ita visum ei fuerit.

22. Seminaria Episcoporum gubernanda ne admittantur: si tamen fundatio perpetua, & insignis eorum ita fieret, ut simul etiam coniunctum Collegium nostrum valde promoueretur, vel de nouo institueretur,

tur, & abundaret Societas operarijs idoneis, & libera eidem gubernatio committeretur, ex dispensatione Præpositi Generalis, & non aliter possint admitti, sed ne dentur huiusmodi Seminarijs separati præceptores ab ijs, qui in schulis nostris, pro Societatis nostræ instituto prælegunt.

23 Nullum certum tempus Congregationi generali cogenda prescribatur, sed tertio quoque anno veniant simul ex omnibus Provincijs Procuratores, qui professi quatuor votorum, & viri in primis idonei sunt à Congregatione Provinciali electi: & habeant ius suffragij simul cum Assistentibus, & ipso Patre Generali (qui duo suffragia, & qualitatem præcedendi habebit) ad decernendum, an cogi debeat Congregatio generalis, nec ne.

24 Assistentes idonei, & ijs dotibus praediti; quas constitutiones requirunt, eligendi sunt, & quidem ex quatuor nationibus, in quantum fieri possit, iuxta vniuersitatem conscientiam. Antiqui autem Assistentes inter Provinciales habeant locum, secundum ordinem, & tempus sue professionis, ad suam sententiam dicendam: noui vero, si in ipsa Congregatione iam sint, maneant in suis locis, pro eius Congregacionis tempore, in qua electi sunt: statim tamen sua potestate, & munere fungi incipient in ijs, que iuxta constitutiones eis legitime conueniunt, circa Patrem

Præpositum

- Præpositum: nam quod ad Congregationem ipsam attinet, nihil eos, nisi suum suffragium, ut ceteros habere.
25. Admonitor. Præpositi Generalis. eligatur ex Professis quatuor votorum, & eius electioni Procuratores intersint.
26. Nec Principibus, nec Dominis alijs seculatariis, aut Ecclesiasticis assignari debet aliquis ex nostris religiosis, qui aulas eorum sequatur, & in eis habitet, ut confessarij, aut Theologi, aut alio quod munere fungatur, nisi forte ad per breve tempus vnius, vel duorum mensium.
27. Circa distributionem bonorum ex patrimonio fratribus nostrorum prouenientium, qui ea in subdividum Societatis dare cupientes, Præpositi Generalis iudicio dispensationem relinquent: probatur quod idem Pater Præpositus sensit, ut scilicet scrutetur constitutio primi capituli tertiae partis, expresse mentione facta illorum verborum, quæ in ea- dem Prouincia distributionem facien- dam ins- tuant.

CVIII

CVM FACTA ESSET INTERROGATIO  
de conciliandis, & explicandis tribus locis confi-  
tutionum, sic est constitutum.

- 28 Ea, quæ continentur, quanto capite examinis, de di-  
positione bonorum, ita intelligenda sunt; ut instru-  
ctio quædam generalis sit, & lex, qua noslri debeant  
bona sua in veros pauperes distribuere, pro deuotione  
tamen sua.
- 29 Quæ vero in tertia parte, capite primo. §. nono con-  
tinentur, intelligantur in particulari de illis bonis, quæ  
fratres in beneficium Societatis, sive in particulari, si-  
ue in generali distribuere, ex sua deuotione volunt, in  
quo casu, si Rectores, & Prouinciales, iuxta decla-  
rationem eiusdem loci, illis repræsentent perfectius es-  
se, ut bona sua dispositioni Præpositi Generalis relin-  
quant, tunc declaratum est, ut hæc bona in eadem  
Prouincia tantum, & non alibi Pater Generalis de-  
beat distribuere.
- 30 Et ad hanc legem, & intellectum, quæ in nona  
parte capite tertio, numero sexto habentur, interpre-  
tanda sunt, si quo pacto de nostris fratribus intelligi  
possunt.
- 31 Quod si aliquis imperfectionem secutus, particula-  
ri alicui Societatis nostræ loco, extra Prouinciam, appli-  
care sua bona velit: proponendum erit illi, ut disposi-  
tioni Præpositi Generalis relinquat, qui ea distribuet,  
iuxta formam superius præscriptam; alias ea bona à

K Societate

Societate nostra non admittantur, sed ea teneatur ipse in veros Christi pauperes, extra Societatem dispensare. Si vero ea alicui Collegio, intra Prouinciam, assi gnauerit, sit in manu Præpositi Generalis potestas probandi eam applicationem, vel improbandi.

3<sup>2</sup> Atq; in hunc quidem modum constitutiones has, post hac conciliandas, intelligendas, atq; obseruandas esse decernit Congregatio: Veneramur enim sanctam memoriam Patrum nostrorum.

3<sup>3</sup> Lites forenses, pro rebus præsertim temporalibus, fugiant nostri omnes, & id curent Prouinciales efficer, ac primum compromissione rem admittantur compонere: quod si nulla ratione id possint assequi, tamen non intendat quisquam è nostris litem huiusmodi, nec omnino litem aliquam, absq; consensu Præpositi Generalis, aut eius, cui expresse suas nices ad hanc rem, ille commiserit: nostris autem, si lis intendatur, curent Prouinciales primum, vel à parte, vel à Iudice peti, vel id consequi per Principem; ut prius possit consulere Generalis Præpositus, quam liti respondere cogatur; nam fieri poterit, ut Generalis Præpositus iubeat cedere nosistros liti, & potius detrimentum temporale pati, quam litibus dare operam etiam pro re alioqui debita.

3<sup>4</sup> Quamvis autem ex eleemosynis vivat Societas, & opus bonum sit eleemosyna Societati collata, atq; ad bona omnia inducere quosvis possimus: tamen ad maiorem edificationem, et paupertatis nostræ sinceritatè, & puretatem

itatē; Placuit, præcipere nostris omnibus, ut nulli exter-  
no suadeant(nā de nostris in cōstitutionibus, et decretis  
diētū est) ut nobis potius, quā alijs pauperibus dēt ele-  
mosynas; sed contenti simus, ubi petimus quotidianas  
eleemosynas, illas simpliciter, ac plane amore Dei pете-  
re: ad donationes vero quascunq; siue legata, simplici-  
ter etiā, et plane possimus tantū nostras necessitates ex-  
plicare; diffinitionē tamē eius deuotioni relinquamus,  
à quo petimus has etiā eleemosynas: ac proponere tantū  
illi possimus, ad orationē, et alia media, ut accurrat, qui  
bus possit de donatione, vel legato cōstituere, iuxta id,  
quod ipsi Dominus inspirauerit, et ratio recta suaserit.

35 Decretum est ne plures in Collegijs teneantur, quam  
ali possint, siue ex redditibus, siue ex eleemosynis con-  
suetis alendi sint.

36 Præpositorus Generalls possit augere tempus oratio-  
nis, quod in Constitutionibus quartæ partis capite quar-  
to præfigitur, prout expedire in Domino iudicauerit,  
habita ratione personarum, regionum, &c.

37 Decretum est, ut cederemus cuicunque concessioni  
Concilij Tridentini, ad habenda bona immobilia in cō-  
muni in Domibus Professorum, vel eorum Ecclesijs: et  
ut iuxta nostras Constitutiones, et vota, quæ posse pro-  
fessionem emittuntur, paupertatem in Professis, ac ipso  
rum Domibus, retineremus: & ita cesset Congregatio  
totius Societatis nomine, prædictæ concessioni.

38 Aßistentium, & Admonitoris officia usque ad

noui Generalis electionem duratura esse, decernitur.

Nam post Generalis Praepositi deceßum, idem erunt  
Assistentes, idem Admonitor Vicarij Generalis.

39 Trouinciarum institutio, iuxta prioris Congregationis decretum, Praeposito Generali relinquitur, qui tamen non, nisi re diligenter considerata, & cum Assistentibus communicata, Provincias instituere, ad communie Societatis bonum debeat.

40 Ad tertium diem Septembres Congregatio finiatur, sine novo decreto ea de refaciendo, et quæ reliqua sunt, eodem die absolvantur, in quo & Congregatio, et Diffinitorum potestas finem simul est habitura.

41 Regulae generales, quæ incipiunt, summa sapientia; integræ conserventur, reliquæ vero, et examinetur, et quoad eius fieri poterit breuiores fiant; verum earum ratio habeatur, quas certo consenserit esse à Reuerendo Patre N. Ignatio editas; si tempori consentaneæ, et bono vniuersali utiles esse censemuntur: præcipue vero Regulae officiorum Provincialis, Rectoris, aliorum etiam officialium exanimentur, et contrahantur. Admonitiones autem Patris Natalis, ab ipso expurgatae, atque in ordinem redactæ, Provincialibus à Reuerendo Patre Generali tradantur, ut illis, pro sola directione, nulla interim obligatione obstricti, utantur.

42 Quius professus quatuor, vel triū votoru, quius etiam coadiutor spiritualis formatus, post editam professionem, vel uota simplicitate, intra annum per quadraginta dies conti-

- nūos, vel interpolatos, doctrinā Christianā pueros, atq; rūdes personas docere teneatur: præterea vero, hoc tā sā cū exercitiū, visum ē admodū, Reuerēdo Patri Gene rali cōmēdādū, ne, vllō vñquā tempore, illius oblinio in nostros animos irrepatis cū illud in votoru nostroru for mula cōplectamur. Curet itaq; idē Reueren. Pater Gene ralis, ut nostri frequētius, quemadmodū ipsi in Domino expedire visū fuerit, in hoc tam pio opere exerceantur.
- 43 Quod ad vniōne beneficiorū, quæ curā dīarum habēt, pertinet, diffinitum est, vt in futurum non admittantur: admissa vero, ac vnitahuiusmodi beneficia, auditis eorum sententijs, qui de his cum Diffinitoribus quic quam agere voluerint, examinentur; vt tandem, quid pro maiori omnium ædificatione conueniat, decernatur.
- 44 Casus reseruati, qui à Reuerendo Patre Nostro Lay nez editi sunt, retineantur: visum tamē est, vt septimus, vndecimus, & duodecimus, explicatiū traderentur, vt, quod alioqui intelligi necessum erat, facilius intelli gatur. Declaratio vero casuum, & ampliatio, vel re striclio, spectat ad Reuerendū Patrē nostrū Generale.
- 45 De nono autem casu videlicet confiteri externo sa cerdoti etc. iudicium commissum est Patri Generali.
- 46 Omnia quæ specie habent secularis negotiationis, in colendis videlicet agris, vendēdis in foro fructibus, & similibus, intelligantur prohibita esse nostris.
- 47 Curabit Pater Generalis, vt, qui sint e nostris con cionatur publice, qui etiā confessiones audituri, hi sint

K iij ad ea

ad ea munera obeunda sufficienter instructi: hoc enim ad eius administrationem attinet; tum etiam illud, ut communicetur concionatoribus, & confessarijs peculia ris instructio: & tamen visum est, retinendum esse privilegium à Sede Apostolica concessum, ut nostri possint concionari, etiamsi nō sint ad ordines promoti.

48 De obligatione votorum simplicium, praesertim castitatis; difficultati, quæ offerebatur, responsum est, esse seruandum decretum actorum posteriorum primæ Congregationis.

49 Quamvis in constitutione capituli quarti, quartæ partis, designentur festa Paschæ, ac Nativitatis Domini, quibus renouent vota scholastici, tamē cū colligi possit ex declaratione eius loci, potestatem esse in superiori Rectoris immmediato, in aliquo particulari casu, mutandi illa festa; facile interpretari possumus, in Generali Praeposito esse facultatem, in uniuersum illa festa mutandi; quod traditio uniuersalis, à tempore ipsius nostri Patris Ignatij, vsu, & consuetudine hactenus corroborata confirmat.

50 Rectores cum teneantur, ex constitutione, & declaratione decimi capituli quartæ partis, doctrinam Christianam legere, vel docere per quadraginta dies perse, vel per alium; expositum est, id debere præstari intra annum, postquam officium Recloris interint; continenter quadraginta diebus, vel interpolatim primo quidem, quemadmodum solent doceri pueri; dem-

de

de etiam per conciones, si ita Superior censuerit: præter illum annum, eodem quidem nomine, non tenebitur Rector, sed alio poterit communis, ut in superiori quodam decreto diffinitum est, de professis, & coadiutoribus formatis.

- 51 Ex declaratione ultima capituli decimi quartæ partis, colligitur illas intelligi constitutiones esse legendas, quæ sunt propriæ Scholasticorum nostrorum: illæ vero cum contineantur in Regulis Scholasticorū, sit, ut illæ Regulæ sint legendæ publice bis, aut ter singulis annis: eas autem curabit Pater Generalis, si operbus fuerit, emendandas.
- 52 Congregationes prouinciales fiant, iuxta constitutions, ad eligendos eos, qui suffragium sint habituri in generali Congregatione: fiant præterea iuxta decre tum huius Congregationis generalis, tertio quoq; anno, ad Procuratores eligendos, qui destinandi sunt ad Patrem Generalem &c. alias censemus non esse cogendas huiusmodi prouinciales Congregationes.
- 53 Ut triennium designatum est Prœvincialibus, quo officium gerant suum, ut habetur tertio capite nonæ partis constitutionum; non videtur similiter agendum in Rectoribus; nec addendum præterea ad constitutio nes, quæ de hac nihil decernunt.
- 54 Vixum est non expedire, ut breves cursus artium, vel Theologie instituantur: sed si quis in coadiutorem spiritualem instituendus fuerit, is humaniorū litterarū

studio, et compendio dialetices cōtentus sit: quibus studiis instructus casus conscientiae audire poterit.

55 Non probatur, ullum, ad aliquam in nostris Universitatibus facultatem, esse promouendum, quam nostris non profueantur.

56 Siqua Collegia sint hactenus absq; sufficienti dotazione fundata, in quibus nostri nec legant, nec scholasticos alant, poterunt tamen illa hac ratione retineri, si ex fructibus videlicet eorum, per publicam aliquam personam conseruatis, detur opera, ut plene fundentur: quemadmodum de Collegio Maioricensi porest dici: nostri tamen interim bonis illis non tantur, sed ex electionis synnis viuant: ac simul dent operā, ut prædicta Collegia sufficienter, etiam aliunde dotentur.

57 Quemadmodum hactenus factum est in quibusdam locis, ut nostri ita examinent ad ordines promouendos, aut curæ animarum, verbo Dei, vel confessionibus audiendis præficiendos; ut simul iudicium ferant, de illorum sufficientia, & admissione: ita de cetero ne fiat: quandoquidem iudicamus non esse consentaneum nostro instituto: quod si examinandi ministerium effugere nulla ratione possumus, illud tamen retineamus, ut iudicium de admittendis, vel non admittendis, non feramus, sed illud omnino Prælatis relinquamus; posset tamen dispensare Reuerendus Pater Generalis, ubi hoc utile, & expediens esse in Domino indicauerit,

Pater

- 78 Pater Generalis erit Præpositus Domus Romanae,  
 & habebit Ministrum, & alios officiales, quorum  
 opera vtatur, ad gubernationem particularem eius-  
 dem Domus.
- 79 Assistentes vero, officio sibi à Congregatione ge-  
 nerali commissio incumbant, iuxta constitutiones: nec  
 alijs occupentur ministerijs, quibus à suo officio auo-  
 centur, vel impedianter.
- 80 Si contigerit Procuratores electos ex Prouincij  
 Indiae, & Brasiliæ in Europa esse, quando fit Congre-  
 gatio generalis, ad quam venire possint; hi interfint  
 Congregationi pro suis Prouincij; qui quidem, si sint  
 Professi quatuor votorum, & non solum electi à su-  
 is Prouincij, ut Procuratores, sed etiam, ut suffragi-  
 um hic possent habere in electione Generalis Præposi-  
 ti; tunc hi possunt etiam admitti, ut in dicta electione  
 habeant suffragium: quod si non adfuerint, quan-  
 do fit Congregatio generalis, tunc potest eligi unus  
 Procurator tantum pro India, & Brasilia à Pro-  
 uincia Lusitanie, quemadmodum haclenius actum  
 est.
- 81 Propter difficultatem, que ingeri alicui posset  
 ex ultima parte, tertij §. capitis quarti exami-  
 nis, ubi consulendi præscribuntur aliqui, ob bo-  
 norum distributionem in cognatos, & cetera,  
 non censemus immutandam esse illam constitutionem,  
 sed occurrentium scandalis, & sinistris opinionibus, se-  
 qua

que ortæ fint, vel ortri possint, propter rei ignoranciam, vel executionis praxim; id vero diligenter curabit Reuerendus Pater noster Præpositus Generalis.

62 Quod attinet ad ordinationem nostrorum, qui non sunt profesi; nulli videtur dari causa iusta querela, quādoquidem nos utimur iure nostro. Quod si nostros ordinatos contingat expelli à Societate, tamen non nebuntur eos Episcopi alere, cum, qui ordinantur ex Societate nostra, cesserint suo iuri in ordinatione; ordinantur enim ad titulum voluntariae paupertatis.

63 Omni cura, labore, & diligentia curemus, ne arcula aliqua proponatur in nostris Ecclesiis, ad eleemosynas accipiendois pro alijs: cum pro nobis tam sit necessarium eas ponи non posse, ut non rem tantum evitemus, quæ nobis prohibita est, sed rei illius omnē speciem.

64 Librum habeat Secretarius Congregationis, in quo, quæ confirmata erunt decreta, continantur, & ea quædem ante dissolutionem Congregationis, simul leges in plena Congregatione Secretarius: & sua manus subscrivet, & sigillo Societatis muniet.

65 Secretarium eliget Congregatio, ante Generalis electionem, non solum qui electioni ipsi subserviat, sed qui Congregationibus, & actis, si quæ fient ante electionem: post electionem autem, vel eundem ad illas Congregationes, & acta confirmabit, vel alium eliget: horum officium terminabit finis electionis, vel Congregationis.

*Eligendi*

- 66 Eligendi præterea a Congregatione videntur duo  
Pátres eiusdem Congregationis, ad suffragia enumera-  
randa, & conficienda decreta cum Secretario Congre-  
gationis.
- 67 Procuratorem, qui negotia agit cum externis, vel  
Romæ, vel alibi alere debent ij, quorum negotia agit:  
Prouinciales vero, Commissarios, Generalem etiam  
ipsum, alet ea Domus, vel Collegium, ubi erunt; qui  
bus quando in itinere sint, expensas facient ij, quibus  
erit bono illud iter; si tamen pro Societatis gubernatio-  
ne, vel negotijs iter faciant.
- 68 Pro solicitatore, pro Aduocato, pro Procurato-  
re, & alijs officiis externis, si quid præterea ad  
actionem, vel expeditionem alicuius negotij, vel litte-  
rarum Apostolicarum, vel Regiarum, & eiusmodi  
aliarum expendetur ab alijs, id soluere debent ij, in quo  
rum gratiam illud fuerit expensum.
- 69 Ad Reuerendum Patrem Generalem referenda  
videtur forma, ac modus ædificiorum nostrorum con-  
struendorum, ut ille, iuxta decretum actionum posterio-  
rum præterita Congregationis, quod sibi in Domino  
visum fuerit, statuat.
- 70 Decretum est, vt nomen illud honorificum, id est,  
Don, ubi est insigne nobilitatis secularis, de Societate  
nostra omnino tollatur.
- 71 Non videtur officium Superintendentis, vel no-  
men usurpadum in Societate, nisi ubi pro arbitrio Re-  
uerendi

uerendi Patris Generalis necessitas, uel magnitudo Collegij utrumq; postulauerit: nec enim nomen tantum retinendum est.

72 Prima generalis Congregatio in actis posterioribus statuit, ut Patres in Congregatione, eo ordine sede rent, qui in actis prioribus fuerat præscriptus: eundem igitur ordinem conseruandum esse censemus, nec retinendam esse partem illam declarationis septimi capituli octauæ partis, quæ ab eadem Congregatione abrogata fuerat.

73 Vbi dicitur in tertio decreto actorum priorum primæ Congregationis, & si informatio maior desideratur in re aliqua, à Vicario petendam esse: decretū est, esse addendum, non à Vicario solum, sed ab alijs etiam electoribus, accipi informationem illam posse.

74 Quamuis a Congregatione secunda generali, in actis prioribus sit dictum, informationem pro Generis electione ab omnibus de Societate, qui possunt bene referre, capi posse: visum tamen est, ut non ab omnibus, sed a solis electoribus, & Procuratoribus accipi possit informatio, & ea quidem in quatriduo dumtaxat.

75 Permissum fuerat in actis prioribus Congregationis secunda, ut liceret in informatione petere, an hunc, vel illum aptum quis iudicaret, ad munus Generalis Præpositi, non an aptissimum inter omnes:

totum

totum hoc tamen, visum fuit immutandum. ne igitur de cetero ita interrogare liceat: sed conseruetur, quod in prioribus actis prima Congregationis statutum fuerat.

76 De Procuratoribus, An ad Congregationes, siquæ habebuntur, ante electionem Generalis Praepositi, sint admittendi, cum interrogatio fieret; visum est, obseruandum decretum tertium actorum priorum prima Congregationis, confirmatum in actis item prioribus secundæ.

77 Ad pleniorum pro Generalis Praepositi electione informationem, decretum est, ut Congregatio ante electionem, aliquot Patres deputet, qui cum Vicario Generali, & Assistentibus videant, an alii quid sit, in quo insigne detrimentum passa sit Societas, vel passura esse timeatur, quod singulari prouidentia, atq; industria, vel resarcendum, vel curandum sit: de quo (si quid fuerit) confidient interrogationem commode, qua interrogatione inquirere electores possint, ac debeant, & intelligere, quis esse aptissimus videatur ad officium Generalis Praepositi, ad maiorem Dei gloriam administrandum: porro de quibus agent iij deputati, ea ad plura suffragia transfigent: nec duo suffragia habebit Vicarius Generalis, sed solum suffragij prerogativum.

Cum

78 Cum aliqua commiserit exequenda Præposito Ge-  
nerali superior Congregatio, in actis posteriori  
bus, si quæ ex illis non fuerint executioni  
mandata, id curet facere Reue-  
rendus Pater noster Præ-  
positus Generalis.

**FORMULA ACCEPTANDORVM COL-**  
**legiorum data a Reuerendo Patre nostro Magistro Lay**  
**nez Generali Præposito Societatis Iesu, de qua**  
**fit mentio Canone quinto, Con-**  
**gregationis secundæ.**

**C**onsideratis operibus, & ministerijs, quibus ad  
 Dei gloriam, & animarum profectum Societas  
 nostra occupatur; & considerata etiam obligatione  
 caritatis, qua ex instituto tenemur in illis perseuera-  
 re; re prius præmeditata, & cum Patribus Assi-  
 stentibus ad consultationem adducta, et Domino com-  
 mendata: *V*isum est mihi, ut in Collegijs, quæ dein-  
 ceps diuina Maiestas fundare dignabitur, nouæ à no-  
 bis obligationes non admittantur; sed qui diuino insti-  
 tu, & obsequio, quod Deo præstatur in Societate,  
 ac utilitate, qua eiusdē gratia, proximi iuantur, com-  
 motus, Collegium aliquod fundare voluerit; pure, &  
 libere, abq; conditione, vel modo, donationem faciat  
 dotationis, quam Domino Deo nostro offerre vult:  
 Societas vero non ex noua obligatione, sed ex illa sua  
 antiqua, quam, ut diximus, habet; curet, ut secundū  
 numerum eorum, qui ex tali fundatione sustentari pote-  
 runt, in tali Collegio numerus operariorum constituatur,  
 qui quidem in illo iuxta nostrum institutum  
 se exerceant in vinea Domini: de cunctis diuina bonita-  
 te peramus, si Christiana hac simplicitate, quæ ipsi  
 inititur, progrediamur, Societatem perseueraturam

puriorum, nec desitur am illud præstare, ad quod, secundum suam vocationem obligatur: fundatoris etiam intentio ita implebitur; simulq; tollentur hinc inde causæ inquietudinis, quæ ex humanis cautionibus oriri possunt, & solent; quæ quantumvis caute, & circumspecte transigantur, nihilominus semper ab humana astutia labefactari possunt: ut ipsa experientia ostendit, quæ tam in alijs Religiōibus, quam in multis nostræ Societatis locis nos docet, prædictum modum fundationis, partibus omnibus, bene cedere ad diuinum obsequium, & commune bonum quod optatur.

DE VARIIS MODIS COLLEGIORVM,  
& personarum numero, que uidentur  
in singulis necessariæ.

In Collegio, ubi tres ponuntur præceptores litterarum humaniorū, quartus etiā esse debet, qui illis substitui possit; & tres sacerdotes, e quibus unus Rector sit, reliqui duo utilitati seruiant animarū. Vbi vero filii septem operarij sunt, conuenit totidem saltem ibi scholares alere; ut illud perpetuum opus esse queat; succedentibus his in sacerdotum, & præceptorum locum, ubi aut morte, aut ægritudine, aut alijs de causis non possent officio suo fungi. est etiam præter hos necessarius Minister unus, cum coaditoribus quinq; videlicet Ianitore, Sacrista, Coquo, Emptore, & quodam

quodam alio, qui eos in omnibus adiuuet: Minimum itaq; Collegium viginti constabit ex nostris. Ultra quos, prouidendum erit, unde corrector, qui de societate non sit, alatur, ad eos castigandos pueros, qui scholas frequentabunt, prout illi ab ipsis praceptoribus prescribetur.

Si Collegium quinq; praceptores habeat, ad humanas litteras Latinas, Gracas, & Rheticam profitendum; substitutos alios dues habeat, necesse est, neconon quatuor, quinq; ue sacerdotes, ut praeter illos tres praceptores supradictos, eorum unus electionem casuum conscientia possit profiteri; ut Sacerdotes illius regionis, qui parum erunt in ipsi versati, hac in parte, que eis est necessaria, iuuari possint; quo ipsi melius officium suum, faciant ad diuinam gloriam. Vbi vero tales undecim, aut duodecim Magistri, ac sacerdotes conceduntur, totidem saltem scholastici instituendi erunt, ad operis perpetuitatem ( ut superius dictum est ) Minister etiam unus, cum sex coadiutoribus. Itaq; minimus numerus complebit triginta, extra correctorem, in similibus Collegijs.

Si Collegium praeter supradicta, artium liberalium cursus volet suscipere: ultra illum numerum nostrorum, viginti addendi erunt, partim praceptores, partim discipuli; ita ut omnes simul confiant numerum quinquagenerium.

Si Societas alicuius uniuersitatis, aut generalis stu-

L dij

EXCELSIOR SIC SEMPER DULTO

**T**he following is a list of the names of the  
Confederate States soldiers who were killed or  
died during the Civil War.

Mr. G. B. Morris, 20 Central Avenue, Feb. 20, 1890.

1. 1993. 1. 19. 1993. 1. 19. 1993. 1. 19. 1993.

Mr. 100, Mr. & General T. G. Morris  
D. 1973, Mr. & M. M. Tamm, The Hague

in hand-made paper. 1873

Gesù di Gesù Provincia della Compagnia di Gesù

51087

18

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani  
[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)



Cinquecentina

n. 23/  
25

---



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani  
[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani  
[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)

w  
e



orario antico dei Gesuiti

[www.fondolibrarioantico.it](http://www.fondolibrarioantico.it)